



SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

QUAESTIONES PLINIANAE.

DE PRAEPOSITIONUM APUD C. PLINIUM SEC. USU.

PARS PRIOR: DE PRAEPOSITIONIBUS C. ABL. CONIUNCTIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCUS XAVERIUS ESS

ZOLLERANUS.

HALIS SAXONUM

1883.

Hor. Od. I, 1. 1.
Maecenas, atavis edite regibus.

Serenissimo

Illustrissimo

P. P.

CAROLO ANTONIO

PRINCIPI AB HOHENZOLLERN

Pio Gratissimoque Animo

d. d. d.

auctor.

Cum de sermone Pliniano disserere instituerenus, minime eramus nescii, quot quantaeque nobis obstaturae essent difficultates — id quod satis experti sumus. Opus enim diffusum, quod dicit Plin. (ep. III, 5, 6) tale est, ut deterrere possit potius quam invitare, ut tractetur. Itaque adhuc perpaui adducti sunt viri docti, ut de Plinii naturali historia dissererent, inter quos inprimis nominandus est nobis Urlichsius.[1]) Deinde cum Wannowskium[2]) tum Grasbergerum[3]) ad singulas sermonis Pliniani partes cognoscendas aliquod contulisse annotandum est. Sed commodi multum ex eorum scriptis capere non potuimus. Etenim Grasberger. partes, quas tractandas elegit, fere integras reliquit. Ac ne in eandem vituperationem incurramus atque Grasberger., breviter exponamus, quae ille vir doctus de sermone Pliniano significavit. Monuit igitur occurrere nobis persaepe post verba dubitandi acc. c. inf.,[4]) post inf. gen. pass. non solum coeptum esse[5]) sed etiam **coepisse**;[6]) deinde coniungit Plin. adiectiva quaedam c. gen., id quod plane abhorret a

---

1) Chrest. Plin- — 2) programma Posen. — 3) De usu Plin. (1860). 4) praef. 1, 18; II, 10, 107, 165, 189, 192; x, 82; x4, 115; x6, 235; xx1, 48; xx3, 73; xx9, 93; xxx2, 19; xxx4, 34; xxx6, 18, 85, 94, 126; xxx7, 61 etc. 5) x6, 171; x7, 43, 156; xxx3, 34; xxx4, 5; xxx5, 52; xxx6, 192 (bis). 6) x6, 232; xxx7, 50; cf. enuntiatum mirum ob varietatem inexauditam ac praecipitem x4, 5: postquam senator censu legi coeptus, iudex fieri censu, magistratum decemque nihil magis exornare quam census, postquam coepere orbitas in auctoritate summa et potentia esse . . ., pessum ire vitae pretia ac servitute sola profici coeptum, quod enuntiatum Grasberger. l. l. p. 19 vocans mirum varietatis exemplum, euge vero, exclamat, quam licenter omnia! —

sermone latino;[1]) quin amat participiorum[2]) cumulationem inusitatiorem et ablativorum.[3]) Vides ubique obvia anomala — cf. quae rectissime de eis indicaverunt Urlichs.,[4]) Detlefsen.[5]) et Grasberger.[6]) Itaque etiam quae disseramus aliquantulum collatura esse speramus ad cognoscendum Plinii sermonem. Quod tempus deficit ac spatium, ut hodie materiam, quae versatur nobis inter manus non iam ‚rudis indigestaque moles', totam proferamus in lucem, valde quidem dolemus, sed alio tempore data occasione, quae restant, prolaturos nos promittimus.

---

1) h. n. I, 10 studiorum otiosis; II. p. 42 felix appellatur Arabia, falsa et ingrata cognominis (cf. Verg. Aen. x, 666 ingrata salutis); xxx4, 62 Agrippa .. imperiosus sui; item xxx, 1 (cf. Urlichs. l. l. & Grasberger. l. l. p. 30, δ). — 2) h. n. ix, 26 alius piscis (sc. delphinus) intra hos annos in Africo litore Hipponis Dianyti ex hominum manu vescens praebensque se tractandum et alludens nantibus impositosque portans, unguento perunctus (!) a Flaviano et sopitus . . iniuria fugatus, mox reversus . . —

3) h. n. xxx2, 138 siriasim infantium spongea frigida cerebro umefacto rana inversa adalligata efficacissime sanat; vel horridum illud xxx6, 17 C. Curio theatra iuxta duo facit amplissima eligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenae, repente circumactis, ut constat, post primos dies etiam sedentibus aliquis cornibus in se coeuntibus faciebat amphitheatrum gladiatorumque proelia edebat — qua longiore serie verborum atque ordine licentiore permixta sunt varia aliis ablativis iisque diversis ab ipsis, quae compositio aspera et praefracta praecipue est secundae aetatis sermonis (cf. Grasberger. l. l. p. 42, 4. — 4) Chrest. Plin. praef. xx sqq. — 5) Philol. xx8, p. 37; cf. quoque ‚Symbol. Bonnens.' p. 695 sqq. — 6) l. l. p. 120 sqq. et. Teuffel, ‚Gesch. d. röm. Literatur', p. 695 sqq. —

A.

§ 1.

De praepositionibus a Plinio adverbiorum loco usurpatis.*)

NB. I. De praepositionum, quas tractabimus in priore quaestionum Pliniarum parte, origine ac vi genuina cf. Hand. (Tursellin. I, II et IV).

NB. II. Mutari a Plin. praepositiones, quas diximus, et cum praepositionibus et cum abl. casu vel dat., cum de singulis praepositionibus disseremus, annotabimus.

Esse adverbiorum significationem, quae sit genuina praepositionum, recte dicit Kuehner. (l. l. § 111, 1); omissa ergo expositione sententiae huius viri doctissimi, nonnullos adhibere liceat locos, quibus a Plin. praepositiones adverbiorum loco usurpatas esse apparet.

a) praep. c. abl.

Spectant huc loci x6, 88, ulmi folia . . articulos in superiore habent parte, incisuras vero subter, ut manus humanae; item II, 25 quod de gloria superque de morte cogitant, ib. 50 superque quartam partem diei adici; III. 34

*) Ad editiones hist. nat., quibus utendum putavimus, annotandum est Detlefsen. editioni (Berol. 1868 seqq. vol. 1—6) nos applicuisse nec non Brotier. consuluisse omittentes Sillig. editionem, locos autem allatos e Detlefs. ed . . Sed et quousque potuimus Urlichs. chrest. Plin. adhibuimus. In disponenda autem materia secuti sumus Kuehner. (Ausführl. Grammat. d. lat. Sprache. Hannover, 1878, II. a, p. 358 sqq.). —

superque campi lapidei; 65 superque Roma ipsa; V, 112 Miletus super xc urbium genetrix; xxx6, 87 superque (= praeterea); similiter x3, 32 etc.

b) praep. c. acc.

Tritissimum esse usum praepositionum ante, post, contra, iuxta pro adverbiis et sexcenties apud Plin. inveniri sufficiat tantum confirmare. Reliquae praepositiones sic usurpatae occurrunt hisce locis:

ante: II, 31 sphaeram ipsam signiferi intellexisse ante multo Atlas; III, 120 hoc - Eridanum ostium dictum est . . . Volane, quod ante Eolane vocabatur; item IV, 57, 66; x, 19, 65, 164; x2, 63. Similiter dictum est II, 121 paucis ante milibus; x4, 98 multis - saeculis., xxx3, 17 paucis - annis. — Circa invenitur III, 124 aliquot - habitantes populos; ib. 135 quae ratio immunem Scythiam et - rigentia a fulminum casu praestat; ib. 172 - duae tantum; ib. 232 lacus Sannaus - nascente absynthio inficitur; V, 13 extare - vestigia habitati quondam soli., x6, 173 salicis seri Cato iubet - (sed. h. l. facile suppleri potest harundinem); xx4, 69 Corinthus et quae - est Graecia. (cf. ad hoc Kuehner. l. l. p. 419, 2). — Item citra: II, 56 semperque - quam proxime fuerint; ib. 80 citraque est Oglasa, VI, 30 citraque in rupe Castello, quod vocatur Cumania; xx4, 116 si baculus - ceciderit (sive supplendum animal) — (cf. Kuehner. l. l. p. 421 et Hand. II. p. 81 sqq.) Deinde contra: II, 11 ita mutuo complexu . . contraque gravia, ib. 103 at ille - nititur; item ib. 36, 107, 163; III, 59; IV, 6, 104; IX, 152 adempta ratione - eundi (quod est una notio); XI, 58; 72 omnes vespae carne vescuntur - quam apes; X, 149 omnes aves in pedes nascuntur - quam reliqua animalia; item x3, 42; x4, 117; sexcenties, ut taedeat numerare locos, ponit Plin. praep. contra in capite enuntiati transitus causa, ubi nos dicimus ‚dagegen, im Gegenteil‘ (cf. Kuehner. l. l. p. 419). Haud minus saepe praep. ad ponitur cum numeralibus. — Deinde extra: II, 160 terra . . assurgit . . extraque protenditur (= praeterea); item ib. 219 pontus semper - meat in Propontidem (admixta notione locali, sed facile suppleres ripas); IX, 103 pectines . . - volitant (sive supplebis aquam); ib. 183 - duriore callo; x5, 114 quo-

rundam - geminantur vitia (= praeterea, noch dazu); item x9, 186 et alias (cf. Kuehner. l. l. p. 420). — Deinde infra: IV, 103 - vero Sambis et Axanthus (sed acc. facile suppleri potest); VI, 133 - est Susiane; x6, 123 si abies - quam rami fuere praecidatur, quod superest, vivit; xx8, 108 multum - magnitudine (cf. Kuehner. l. l. p. 420). — Item intra: II, 173 idem sinus interfusus - per tot maria; ib. 199 animalia, quae - fuerant (seu supplendum duos montes) (Kuehner. l. l. p. 420). — Deinde iuxta: II, 7 - diebus noctibusque nobis tacitus labitur mundus; ib. 136 - hieme et aestate fulgurat; 166 - vero ab ortu; 231 duo fontes fluunt; III, 4 auctore Turranio - genito; 120 urbe Spina, quae fuit - praevalens; similiter, ubi vertas ‚auf gleiche Weise' sive ‚ebenso' sive ‚in der Nähe (IX, 185 si - videat), neben einander'; cf. etiam VIII, 182, IX, 105, x3, 32 bina - composita semina (cf. Kuehner. l. l. p. 420 et Hand. Tursell. IV, pag. 336 sqq.). — Deinde post: III, 61 postque Phleagri campi (sive localiter ἅπτεσθαι sive temporaliter dictum: tum sequuntur . .); XI, 249 ova parientibus priora genu - curvantur (= in posteriorem partem, ‚nach hinten'). Omittamus liceat usum illum notissimum paucis post annis (cf. Kuehner. l. l. p. 419). — Deinde praeter: III, 17 diligentia praeterque in hoc opere cura; item ib. 60 - cetera adnotantur, et IV, 21, 97; XI, 209 feminis eadem omnia - vesicae iunctis ventriculis (Kuehner. l. l. p. 419); notionem ‚ausgenommen' huius praep. nusquam annotavimus. — Deinde prope: IV, 98 Raetia - unius maiore latitudine; temporaliter dictum est x6, 215 iam CCCC - annis durare materiem (Kuehner. l. l. p. 420). — Deinde supra: II, 19 nomina deorum et quae rettuli siderum; ib. 39 communis cum - dictis, quae coniunctura omni fere in pagina hist. nat. extat.

Localiter dicti sunt loci III, 35 dein Suelteri superque Verucini, ib. 148 - influunt Valdasus . ., x3, 32 semina - totidem, et alias saepissime (Kuehner. l. l. p. 420 sqq.). — Deinde ultra: II, 46 scilicet nondum suppetente ad hauriendum - iuxta vi (similiter II, 2 extra intra cuncta mundus complexus in *) se;

*) cf. II, 166 intra, extra, supra atque etiam in summis iugis erumpente terra, et X, 61 ciconiae quamvis ultra citrave pervolent.

ib. 164 non decideret (oceanus sc.) nullo - margine includente; III, 34 - fossae ex Rhodano; 59 - fuit oppidum Pirae (sed facile suppletur acc.); item IV, 7, 74, 86, 95; V, 15, 84; x2, 95 casia frutex . . - (= tum) nigricans (cf. Kuehner. l. l. p. 421 et Hand. IV, p. 857). Facillime hanc seriem possimus producere, sed exempla, quae protulimus, sufficiant. Adiciamus autem persaepe vel prope extare accusativum vel ex eis, quae antecedant sequanturve, suppleri posse. *) —

§ 2.

De coniunctione praepositionum cum copula que apud Plin. [1])

Regulae illius, quam Kuehner. (l. l. p. 424, § 113 c [a]) constituit que coniungi pedestri in oratione raro nec nisi fere cum praepositionibus unius syllabae exceptiones habes permultas in hist. nat., quas literarum ordine dispositas hoc loco enumerabimus.

a) c. praep., quae sunt syllabae unius: III, 122 perque Pyrenaeum; x6, 66 transque Alpes nascens.

b) c. praep., quae sunt syllabarum duarum: VI, 21 circaque fontem Imityis Imityos; IX, 31 bucinum nonnisi petris adhaeret - scopulos legitur; XI, 53 cum procedit rex apium, una est tantum examen - eum globatur; x2, 127 - Ery-

---

*) III, 124 Marici condidere Ticinum non procul a Pado sicut Boi Transalpibus profecti Laudem Pompeiam, cui loco quidem Kuehner. (l. l. p. 418, NB. II.) annotat manuscriptis hist. nat. inesse haud raro constructiones praepositionum alienantes a regula, quas ignorantiae librariorum tribuendas appareat, et annotat locum, quem diximus, hoc modo: Boi trans Alpibus profecti. Detlefsen. mirum ne manuscriptorum quidem lectiones annotasse, ut discernere, quidnam sit scribendum, nequeamus. Urlichs. locum non recepit (!) neque, quid hic vir doctissimus alias fortasse hoc de loco disseruerit, nos scimus. Immo reiciendam putamus nos, quam lectionem recepit Detlefsen. et scribendum cum Kuehner. ‚trans Alpibus', praesertim cum manuscriptis h. n. saepissime praebentibus terrninum is pro es, ubi alias raro, librarius non intelligens ‚Alpis' sine dubio hanc formam tribuens declinationi secundae, quam dicimus, correxerit in ‚Alpibus'.

1) De coniunctione particularum ve et ne cum praep. alias disseremus.

manthi fontem; x4, 4 - alia mentes hominum detinentur; item x7, 266 contraque urucas; deinde II, 160 terra assurgit extraque protenditur *) et III, 83 - conspectum; x9, 64 cartilaginum generis - terram est cucumis; — inter coniunctum cum que invenimus II, 32 - ea; ib. 119 - eum; IX, 10 nec pauciores in Santonum litore - reliquas insulas elephanti; IV, 30 - Ossam et Olympum. — Intra semel tantum extat xxx2, 127 - alterum diem; item iuxta: III, 133 - Carnos. Saepissime autem occurrit praeter sic usurpatum, inprimis — id quod Plinii proprium ac solius dictum — pro praetereaque: III, 17 - in hoc opere cura; IX, 138 - ius temperatur aqua; item IV, 21; V, 7; X, 29, 105; x1, 10, 159, 165, 209; x6, 99, et alias.

Paulo supra, cum proferremus praep. in, monuimus iam a Plin. et que coniungi cum ea voce, quae dependeat a praepositione; praeter locum, quem supra annotavimus, adhuc extant xxx7, 201 Italia in toto orbe (terrarum sc.) pulcherrima omnium est in rebusque merito principatum naturae obtinet; x8, 157 ob idque; item x5, 13 olivae . . - minimae; xxx4, 40 magnitudinem . . propter difficultatemque moliendi signa (sed hoc loco etiam magnit. vox dependere nobis videtur a praep. propter). —

§ 3.

De collocatione praep. apud Plin.

Esse supervacaneum putamus afferre locos, quibus praep. iuxta casus suos inveniantur positae quibusque a casibus suis genetivi formae separentur. Deinde inter substantivum et adiectivum nomina saepius ponit Plin. praepositionem, cuius usus item triti ac vulgaris pauca solum hic annotentur exempla. Sic extant II, 154 eximia propter merita; item XI, 78 levitatem - aestivam; x4, 61 confessa - experimenta; deinde ad: II, 157 quas non (!) - delicias quasque non - contumelias servit homini terra? deinde xxx6, 3 quos ob usus; xxx4, 137 summa cum cura (id quod saepissime); III, 6 Hiberico a mari; VII, 115 piratico ex bello; IX, 49 toto in corpore (sic sexcenties)

*) cf. § 1, ubi iam huius usus retulimus locos.

etc. Liberius paulo dicta sunt XI, 58 ex aliis quoque saepe dimicant apes causis, et x2, 6 arborem ex alio petitam orbe; item, quod Kuehner. (l. l. p. 427, g) vocat poetarum modo dictum xxx6, 1 omnia hominum genita causa. — Porro nonnullis ponit locis Plin. in enuntiatis relativis praepositionem ante pron. rel., aliis post idem: xxx6, 93 supra quem orbem (sexcenties) sed xxx7, 38 populorum, quarum e cacuminibus; XI, 103 fame, quam propter etc. —

Anastrophes quoque, quam dicimus, usus occurrit nobis apud Plin. isque non solum apud pron. rel. sed etiam aeque atque apud Tacitum post subst. et adiect. (cf. Tac. Ann. VI, 39 urbem iuxta) xxx5, 77 omnia ante; X, 115 caprimulgi caprarum uberibus advolant suctum propter lactis; III, 5 Bruttium usque promontorium; xxx3, 26 nec ulla domi domesticis a custodia opus erat; x4, 109 vitis quamque iuxta hominis mors (i. e. cadaver) laqueo pependit. *) Huc spectant quoque x1, 5 quoniam viscera inter et ora insectis; xxx5, 64 Hercules infans dracones strangulans Alcmena matre coram pavente et Amphitryone. —

De postpositione praep. cum vel potius de collocatione eius ante pron. rel. cf. infra. —

Omitti saepe a Plin. praepositiones, ubi substantiva complura unam tantum faciant notionem haud exemplis comprobare opus: x3, 104 praecipua lotos circa Syrtes atque Nasamones; X, 190 circa Briletum et Tarnem; ib. 206 in Brileto et Tarne. —

Anaphoram adhibuit Plin. xx6, 28 vettonica medetur contra purulentas contraque cruentas excreationes; ib. 30 becchion herba sine caule, sine flore, sine semine; item xx7, 92 .. - cauliculo, - flore; et 110 onosma herba - caule, - flore, - semine; xx8, 29 carmina extant contra grandines contraque morborum genera contraque ambusta - qui usus praepositionum etiam cumulatio nominari potest. Huc spectant etiam III, 44 Italia abest p .. a circumdatis terris, ab Epiro .., ab Africa .., ab Sardinia .., ab Sicilia .., ab Corcyra .., ab Ossa ..; ib.

*) De pendere ab, de et abl. cf. infra.

84 Sardinia ab oriente patens CLXXXVIII p., ab occidente .. p., a meridie .., a septentrione ..; item x8, 345 cum ab aquilone, cum a septentrione, cum ab austro vel coro aut favonio fulgurabit. At extant loci, quibus omittit Plin. praepositionem, inprimis cum plures notiones unam faciant notionem sive sint eiusdem generis: xxx7, 13 triumpho, quem Pompeius de piratis, Asia, Ponto gentibusque et regibus .. egit; xxx7, 165 heliotropion gemma nascitur in Aethiopia, Africa, Cypro; item x2, 35 bdellium nascitur et in Arabia Indiaque et Media ac Babylone; XX, 12 pepones coctos ex oleo, aceto et melle iucundiores. — Deinde aliis locis magna inest varietas, ut utatur praepositionibus Plin., i. e. modo ponit vel iterat eas modo omittit: xxx5, 170 lateres non sunt ex sabuloso neque harenoso multoque minus calculoso ducendi solo, sed e cretoso et albicante aut ex rubrica vel etiam e sabulo, masculo certe. Deinde annotandum saepissime a Plin. omitti praepositiones, inprimis ex (cf. infra), ubi facile suppleri possit, idque libenter permutare Plin.: xxx6, 58 in Thebis delubro Serapis; xxx7, 161 in Tyro Herculis delubro; xxx7, 34 Democritus electrum .. fieri ex urina lyncum, e maribus (pro ex urina marium) fulvum, e feminis (pro ex u. f.) languidius; sed xx8, 86 ex homine augurium e pedibus manibusque (pro hominis, id quod saepissime). Euphoniae enim, quae dicitur, Plin. modo rationem habet modo minime, id quod videbis infra, cum de praepositionibus dicemus singulis. Eadem autem licentia dicendi et indiligentia sese praebet apud Plin. in enuntiatis subiunctis: xxx7, 61 adamantem in Germania Basilia insula (pro in B. insula, quod in iam dictum) nasci, in qua et sucinum; sed ib. ib. εὐσεβης gemma ex eo lapide est, quo *) traditur facta sedes.

De permutatione [1]) praepositionum interim annotemus in universum esse eius usus permulta exempla in nat. hist., inprimis praep. ex: coquere ex, in (cf. infra). Sic legun-

---

*) De facio c. abl. nudo videbimus infra (ex).

[1]) De varietate dicendi apud Plin. ‚qua de, ex causa‘ cf. infra (ex et de). —

tur x2, 133 praecipua uva venit ex Parapotamia, ab Antiochia atque Laodicea, tertia ex montibus; XI, 14 apes faciunt ceram ex floribus, melliginem a lacrimis arborum; xxx4, 55 Polycliti δορυφορον artifices canona vocant liniamenta artis ex eo petentes veluti a lege quadam (putes distinctionem aliquam inesse petere e persona sive a re); xx9, 56 remedia sunt ex ansere aeque quam in capris; x9, 69 aliqui malunt ex kal. Mart. cucurbitas et nonis cucumis et per quinquatrus serere, ubi vertere possumus ubique ‚an'; xx4, 19 cedri sucum contra pulmonis ulcera sorberi iusserunt, item adversus taenias, quae permutatio nobis occurrere solet inprimis, cum usurpantur praep. ad, contra etc. cum verbis medendi: sic quoque instillare legimus et cum in c. acc. et cum dativo coniunctum, qua de re videbis infra. —

De mira varietate illa dicendi et loco (suo l.) et in loco (in s. l.) cf. in c. abl. Plerumque minime inest sensus discrimen, id quod iam Grasberger. (l. l. p. 63) recte intellexit. Vix enim ferenda videtur tanta ista inconstantia, nedum Plinii propria. ‚Ut res se habet, inquit Grasberger., permultis locis in verba scriptoris brevitatis loquendi alioquin studiosissimi praepositionem operarum inscientia perperam irrepsisse persuasum mihi est.' —

Cum autem in universum de praepositionum apud Plin. usu dixerimus, addita obiter magna illa inconstantia Plinii scribendi ab et a, ex et e (i. e. ante consonantes literas — cf. quae sua cuique praepositioni annotabimus, quae opus erunt — transeamus ad singulas praepositiones initium capientes a praepositione

Ab, a.

B.

§ 4.

De praepositionis ab apud Plin. usu. *)

NB. I. Annotandum semel tantum nobis occurrisse in nat. hist. formam abs: x6, 194 praecidas materiem ulmeam abs (nahe an) terra Cato praecipit.

NB. II. De verbis cum ab compositis cum alias disserere posse nos speremus, adhibeamus quae Wannowsk. (l. l.) hac de re dicit in expositione verborum compositorum. Iam hoc, inquit, loco statim in initio observamus Plinii dicendi genus eo nomine insigne esse, quod plura verba mirum in modum composita usurpaverit, plerumque quidem rerum ipsarum, quas enarrabat, natura et ratione coactus, saepe a nulla idonea causa. —

Praepositionis ab, quamquam usum habeat admodum multiplicem, omnes quae ponantur significationes ex una oriri notione primaria loci ac rei, unde aliquid moveatur, exeat aut proficiscatur constat. Itaque dupliciter est respicere et ad eam rem, quae suo loco manet immota, et ad eam, quae movetur aut remota distat; inde vero existit triplex haec ratio, qua omnis vocabuli usus regitur. Indicatur enim praepositione ab motio ex aliquo loco, deinde remotio, ita ut altera res remaneat et interiectum distantiae spatium appareat, deinde situs et regio alicuius rei, quae ut describantur considerari debet locus et spatium, qua res aliqua distet ab aliqua aut remota sit.[1]) Unde profiscuntur notiones tres praepositionis ab, quae sunt localis, temporalis, causalis. —

---

*) cf. Hand. Tursell. I. p. 8 sqq., et Kuehner l. l. p. 358 sqq. § 90, et Grasberger. l. l. p. 64 (‚praepositione a frequenter usus est Plin. ac singulariter, ut idem valeat ac post vel statim, confestim ab aliqua re' — cf. infra). —

1) Ampliorem huius rei expositionem videbis in Hand. Tursell. I. p. 8.

§ 5.

De praep. ab locali notione posita.

I. Dicitur ergo ab de loco, unde aliquid exit: II, 116 stellae a suis sideribus exeunt *); x7, 224 digiti cacuminum longissime a toto corpore arboris exeunt; x8, 278 tempestates ab horridis sideribus exeunt (sive proficiscuntur); xxx2, 146 cum coryla a Maeotide exit; xxx3, 69 argentum, quod exit a fornace; xxx6, 111 illi .. ab aratro (von — weg) aut foro exeuntes. — Eodem sensu usurpantur xxx5, 139 Herculem ab Oeta monte euntem; xxx7, 41 aves a Graecia adierint Indos; xxx4, 15 transit ars a diis ad hominum statuas; item xx7, 133 folia a stolonum sinu exiliunt; x7, 107 ne cortex a ligno decedat, cui loco Hand. Turs. I. p. 9, 2 rariora esse huius verbi exempla annotat; item discedere: x9, 66 a quattuor digitorum intervallo discedentibus; xx8, 127 discedit serum a lacte; XXX3, 99 ut argentum vivum ab auro discedat; X8, 206 quo laetior mens discedat a caelo; cf., ubi tropice usurpatur hoc verbum, XX, 264 discessuri ab hortensis; XXX5, 103 longius a veritate discedere pictura [1]); deinde recedere: IV, 38 recedentes (zurückliegen) a mari Apolloniae, III, 50 colonia Luca .. a mari recedens (Arethusa); X, 114 aves apodes recedunt a terra; X8, 363 graculi a pabulis recedentes; X9, 68 melopeponae a pediculo recedunt; XX, 2 ut a sublimioribus recedamus; XX2, 22 recedentis ab ossibus carnis, item ib. 32, 123 et XX3, 78 cutem in capite ab ossibus recedentem, et XX4, 21 corpori ab ossibus recedenti, et ib. 188; XX8, 26 recedente aliquo ab epulis; deinde arcessere XX9, 18 qui de nummo iudicet, nunc a Gadibus columnisque Herculis arcessitur; XXX1, 84 sal a Salamine accersitus; item gradior cum compositis suis: II, 76 stella retro graditur ab occasu; XXX6, 126 artifici a marmoribus digredienti (i. e. non iam opera e. m. facienti), et alias; tropice autem dictum

*) Sed xx7, 93 folio parvo exeunte de foliis, et xl, 186 scorpiones exeuntes cavernis. —

1) Sed xx8, 35 lana feminibus pecudum concerpta; x, 195 non potest avelli petris polypus. —

habes XXX6, 116 a destinato itinere digredi*); item **p r o f i c i s c i**: X1, 107 vox locustarum ab accipitio proficisci videtur; X8, 25 a certissimo die maximeque veridico usu profecto; deinde **f l u e r e** c. **c o m p.** s.: XX6, 135 sanguis fluit ab inferis (sc. corporis partibus); XX4, 169 sanguinem, qui defluit a renibus; XX9, 114 sanguinem a cerebro profluentem — quae verba haud minus saepe cum praep. ex coniunguntur, id quod videbimus infra; deinde XX8, 101 nervis a dorso **d e m p t i s**;[1]) item XXX4, 89 Perillus a simulacris deorum **d e v o c a v e r a t** humanissimam artem[2]); item XXX2, 146 pelanys **r e v e r t i t u r** a Ponto (in der Richtung von — her); deinde **d u c e r e** c. **c o m p.** s.: X8, 111 via a Puteolis et a Cumis Capuam ducit; XXX3, 74 flumina duxere ab centesimo lapide; XXX1, 57 aquas a fonte duci fictilibus tubis — sed XXX7, 197 ex veris gemmis (= pro, anstatt) generis alterius in aliud falsas traducere (einschmuggeln), est tropice dictum, de quo cf. ex; item xxx6, 27 offfciorum acervi omnes a contemplatione artificiorum **a b d u c u n t**; xxx5, 109 Asclepiodorum **c o n d u x i s s e** (vereinbaren mit) ab Aristrato tyranno pingendum monumentum; item **m e r c a r i**: xxx5, 26 illa eadem torvitas[3]) (sc. M. Agrippae) tabulas duas mercatus est a Cyzicenis, et xxx6, 21 Phidiae Venerem voluit a Cnidiis mercari rex Diomedes[4]). — Deinde **v e h i** c. **c o m p.** s.: x6, 216 Sagunti templum Dianae advectae a Zacyntho, et xxx6, 34 Zethus et Amphion ac Dirce et taurus vinculumque[5]) ex eodem lapide (sc. factum) a Rhodo advecta opera Apollonii et Taurisci; item xxx5, 178 bitumen a Babylone invehitur, et xxx7, 69 smaragdi ab Copto . . (invehuntur sc.); deinde **v e n i r e** c. **c o m p.** s.: xxx6, 128 magnes Aethiopus a Magnesia Macedoniae (veniens sc.), et xxx7, 149 balanita gemma subviridis a Copto, illa a Trogodytica veniens;

*) Sed x2, 63 **d e g r e d i** **v i a** capita (= scelera) reges fecere.

1) xx8, 107 **v e n t r e** **e x e m p t o s** lapillos.

2) xx9, 93 medicus **v o c a t u s** **A e g y p t o**.

3) cf. Wannowsk. l. l.

4) Alias etiam ‚—rex' apud Plin. inveniri obiter moneamus.

5) Loquitur enim Plin. de opere illo magnifico, quod dicimus ‚Farnesischer Stier.' —

item II, 248 pervenisse eum a sepulchro ad infimam terram; x9, 3 Valerius a Puteolis pervenit . ., xxx5, 101 a quibus initiis pervenissent ad opera, quod tropice dictum est *); deinde — tropice quidem — xxx5, 2 pictura nunc in totum a marmoribus pulsum, iam quidem et auro (i. e. non iam pingunt in marmoribus) [1]); deinde xxx7, 43 electrum adfertur a Germanis [2]) in Paeoniam provinciam [3]) - cf. ex; deinde portare c. comp. s.: xx7, 2 Scythicam herbam a Maeotis paludibus, Aethiopidem ab exusto sideris axe portari nobis; item xx4, 5 . . medicina a Rubro mari importatur, et xxx7, 97 carbunculos a Massilia importari, et alias; deinde hic retulerimus movere c. comp. s.: xxx6, 73 universa tellure a centro suo aliquid emota; II, 39 a sole remotior stella, et x7, 196 umbram a sulcis removeto, et xxx1, 9 aqua Acidula ab Teano Sidicino $\overline{IV}$ p. remota [4]); III, 132 Germaniam Alpis ab Italia submovent (= secludunt); tropice dictum est xx2, 136 Hippocrates tantum remotus (i. e. aliud iudicans) ab istis, qui medicinam fame exercent (i. e. famem iudicant praecipuum medicamentum) [5]); similiter dictum est xx5, 42 aeruginem decutiens a cuspide gladio [6]); deinde, quae supra omiseramus pellere c. comp. s.: x8, 344 nubes ab ortu solis repellentur; xxx7, 61 adamas metus expellit a mente [7]), et tropice dictum xxx5, 2 pictura nunc in totum a marmoribus pulsum, iam quidem et auro (*ἀπο*, non *ὑπο*) [8]); deinde fugere: xx8, 87 festinet oratio ab homine fugere; xxx2, 10 piscium adipe camelos perungui, ut asilos ab iis fugent odore; xxx5, 16 Demaratum fugientem a Corintho [9]).

---

*) Sed x4, 25 ceterae uvae Chio Thasove advenere — et cf. ex.

1) cf. xx9, 14 Romani cum Graecos Italia pellerent — videbis ex.

2) = ἀπο, non ὑπο. —

3) cf. p. 13, NB. 4).

4) cf. quoque ex. —

5) Sed x1, 18 apes amoliuntur omnia medio (cf. Lucan. 5, 384 humeris fessis amolitur onus). —

6) Sed xxx4, 152 robiginem ex cuspide gladio decutere.

7) Vide ex. —

8) Sed xxx5, 152 Bacchiadas Corintho pulsos.

9) Sed ib. eodem sensu 152 Demaratum . . ex eadem urbe profugum (vide ex).

— Similiter dicta sunt II, 245 mensura currit a latere oceani;*) II, 248 epistolam a medio terrarum orbe missam; xx8, 74 nec amplius serpentes admitti a terra, et alias; item agere c. comp.: II, 74 illae stellae cursum retro agunt a statione matutina; ib. 75 .. agunt a matutina statione, et xx, 2 magnete lapide ferrum abigente a sese, et x7, 330 pecudes a sole cogito (nos dicimus aus); deinde tollo c. comp.: x9, 5 non alte a terra tolli; xx1, 62 nyctegreton . . nec a terra se adtollentem, et xx4, 82 hederam non attolentem se a terra, et xx7, 113 polygonum herba non attolitur [1]) a terra; item xx6, 83 crethmus a renibus umorem trahit. —

Additur saepe nomen loci, quo quid pervenerit aut protendatur; tunc vocibus ab et ad describitur ambitus loci vel rei, quae ratio non mutatur, cum coniunguntur verba, quae descensum notent, demittendi, deiciendi, deferendi, dependendi etc. cum praep. ab et ad. Sic leguntur

II, 4 a vico Mellaria ad promunturium Africae longitudinem oceani faucium; ib. 5 ab amne Tanai ad Gaditanum fretum orbe diviso; 6 Baetica citerior a fine Murgitano ad Pyrenaei iuga; 13 quae regio a Baete ad fluvium Anam [2]) tendit; 18 oppida ab Alpibus ad fines Hispaniae (sc. sitae); 29 longitudo citeriori Hispaniae est ad finem Castulonis a Pyrenaeo .., latitudo a Tarracone ad litus Olarsonis . .; 44 latitudo Italiae ab ostio Alterni amnis ad Tiberina ostia . ., et a Castro Novo ad Tuscum aequor . .; item 48 — fere semper agitur de mensura: sic ib. 66 mensura currente a miliario ad singulas portas, et 67; IV, 22 Peloponnesus in latitudinem a promontorio [3]) Mallae ad oppidum Aegium $\overline{\text{CXC}}$ patet (sc. passus), .. ab Elide Epidaurum $\overline{\text{CXXV}}$, ab Olympia Argos $\overline{\text{LXVIII}}$, ab eodem loco Pylum iam dicta mensura. Aliis autem locis deest vox mensurae, sed tamen de mensura apparet agi, ut locis supra dictis, nisi, id quod saepe fit, alia verba exprimunt mensuram. Sic invenimus patere (cf. prius enuntiatum,) III, 133 Alpis in longitudinem $\overline{|\text{X}|}$ p. patere a supero

*) cf. ex. 1) Obiter scribendi varietas adtollere et attoll. moneatur.
2) cf. p. 15, NB. 4. 3) cf. p. 20, NB. 1.

mari a inferum; pertinere: ib. 136 gentes a mari supero ad inferum pertinebant; item IV, 43 macron tichos *) a Propontide ad Melanem sinum porrectus murus; deinde xxxl, 6 ab Averno lacu Puteolos tendentibus . .; sed etiam alia inveniuntur verba sic coniuncta: IV, 11 ad Corinthiacum sinum est traietus Patras a Leucade $\overline{\text{LXXXVIII}}$ p., VI, 84 cucurrisse MLX stadia ab Athenis Lacedaemonem biduo, cui loco Urlichs. [1]) a Plin. usurpari saepissime praepositiones apud urbium nomina annotat sicut a Cicerone quoque et Livio. — Deinde xx6, 56 alvom [2]) sistit a quattuor drachmis satureia ad sex (i. e. sumta); xxx5, 45 pretium purpurissi a singulis denaris in libras [3]) (nos à 1 ℔) ad xxx; xxx6, 175 ab Apennino ad Padum non invenitur harena fossicia. — Quibus locis applicentur nonnulli, quibus ab-ad temporaliter dicta sunt: xl, 41 ad aequinoctium autumni ab arcturi exortu supersint dies XIV et ab aequinoctio ad vergiliarum occasum IIL; x7, 85 ab septentrionibus [4]) aut ab ea parte caeli usque ad exortum brumalem vento flante; XI, 120 reliquis . . ab initio ad finem septennarii sunt numeri. — Tropice dicta invenimus xxx7, 54 Magi ab medicinae blandissima specie ad prodigia transgressi, et ib. 113 chrysoprassus paulum declinat a topazo in aurum. [5]) Praeterea cf. IX, 50 est saxum a vado ad summa aequora perlucens; IV, 43 a Dorisco incurvatur ora ad macron tichos; xxx4, 165 plumbum Antonianum in eadem provincia a pari locatione pervenit ad HS $\overline{\text{MM}}$ vectigalis; VI, 84 a Sicyone Elin uno die MCC stadia cucurrerit cursor. Sed haec sufficiant. —

II. Deinde dicitur ab de loco et persona, unde aliquid sumitur, datur, petitur, cuius usus exempla obvia ubique in nat. hist. vix monendum. [6]) Sic legimus

*) i. e. μακρον τειχος. — [1]) Chrest. Plin.

[2]) De hac acc. forma cf. Wannowsk. l. l.

[3]) cf. in. —

[4]) Sed h. l. ab sept. significat locum (Südwesten).

[5]) cf. in et ex. —

[6]) Omittantur loci, quibus ab usurpatur = ὑπο cum verbis gen. pass. (legitur liber a discipulo). —

xxx, 148 porcos sequi eos, a quibus cerebrum corvi acceperint in offa; dein petere: I, 9 O te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet! x,8 210 a caelo peti hiemem; xxl, 11 coronis ab India petitis (= arcessitis); xx8, 36 veniam a deis petimus; xx9, 3 hodie ab oraculis medicina petitur; xxxl, 22 responsa (= oracula) a piscibus petunt incolae; xxx3, 17 dies fastos populus a paucis principum *) cotidie petebat; xxx4, 55 δορυφορον artifices canona vocant liniamenta artes .. petentes veluti a legi quadam; xxx5, 135 L. Paulus cum petiisset ab Atheniensibus, ut ..; xxx7, 169 a rege aliquid petituris; huc deinde spectent xx9, 66 successus petitionum a potestatibus (= regibus) et a diis precum, et x, 77 Seleucides aves, quarum adventum ab Jove precibus impetrant incolae; x6, 136 a solo impetrari, ut alienas alat arbores; item xxx4, 141 naturae exigentis ab ferro ipso poenas robigine [1]) (obiter moneatur ib. 146 dixisse Plin. ‚a ferro'). Huc quoque spectat: xxx5, 115 Antiphilus didicit a Ctesidemo.

III. Permulta occurrerunt nobis in hist. nat. exempla, ubi appellare etc. coniungitur cum ab praep., ita ut fere sit supervacaneum ac taedeat proferre nonnulla. Sic invenimus

appellare: II, 8 nam quem κοσμον Graeci nomine ornamenti appellavere, eum et nos a perfecta absolutaque elegantia mundum; VI, 1 Pontus Euxinus ab inhospitali feritate antea Axinus appellatus; xl, 1 insecta .. appellata ab incisuris; x8, 176 a temporis argumento [2]) vervactum appellatur; xx4, 162 quam herbam σεμνιον a potentiae (sc. suae) maiestate appellari; xx7, 69 herba conferva appellata a conferuminando; XXX, 16 villam appellabat M. Cicero ab exemplo Athenarum (pro Atticae; cf. XII, 9 in ambulatione Academiae Athenis); xxx4, 82 Amazonem ab excellentia crurum εὐκνημον appellant. — Similiter usus est Plin. verbo dicendi: II, 60

---

*) cf. Grasberger. l. l.

[1]) Praecipiamus alias petere coniungi a Plin. cum in c. acc., sic V, 1 Zilis iura Baeticam petere iussa, cuius rei exempla proferemus infra (cf. in c. acc.). Sed iam Grasberger. (l. l. p. 37. β) et Urlichs. (Chrest. Plin. p. 128, NB.) et Wannowsk. rem significavere.

[2]) alias etiam ex argumento, de quo infra.

nonagenarius dictus ab utroque exortu; IX, 89 polyporum generis est ozaena dicta a gravi capitis odore; XII, 61 masculum tus aliqui putant a specie testium dictum; x6, 93 favonius a fovendo dictus quibusdam; XXX, 19 fontes Claeon et Gelon ab effectu dicti. — Tum nomen vocabulum coniunctum cum verbis accipere: x3, 42 aves nomen a margaritis accepere, et x9, 155 nasturtium herba nomen accepit a narium tormento; item dare: III, 86 ab hoc dehiscendi argumento Rhegium Graeci nomen dedere oppido; xxx7, 186 ostridi ostrea nomen dedere a similitudine..; trahere: IX, 46 caeruleos vermes, qui nomen a facie traxerunt; xx1, 45 color rubens trahitur a rosis (i. e. nomen coloris r.); xxx3, 35 qui equitum nomen ab equitatu trahebant; xxx7, 175 nebritis gemma nomen traxit a nebridum similitudine; ib. 186 gemmae . . a membris corporis habent nomina, hepatritis a iocinere; nomen vox sola invenitur III, 73 flavius Acheron, a quo oppidani Acherontini (cave intellegas ‚wohnen am, von an'); ib. 51 Aex nomine a specie caprae; x9, 127 lactucis nomen a lacte, quibus locis fere omnibus facillime suppleri potest verbum ‚sumi, dari etc.' Deinde invenimus nominare xx4, 165 hestiaterida a convictu nominari; xxx5, 171 lateres a quattuor et quinque palmis, prout sunt, nominantur tetradoron et pentadoron; cognominare III, 7 Baetica a flumine cognominata; ib. 127 Histriam cognominatam a flumine Histro; xx2, 66 picris ab insigni amaritudine cognominatur; xx5, 73 Artemisiam herbam ab Artemide Ilithyia cognominatam; huc accedit et XI, 254 cognomina inventa a cruribus Vari, Vatiae, Vatini. — Imponere (nomen) invenimus xxx4, 144 ferro a stringenda acie structurae vocabulo imposito; xxx7, 144 androdamantis nomen Magi putant gemmae impositum ab eo, quod impetus hominum *) domet; XV, 46 dixit volema Vergilius a Batore sumpta (i. e. nomen eiorum sumptum); vocare se praebet et alias et xxx7, 105 pionias vocant sardas gemmas ab pinguitudine. [1])

---

*) i. e. τα ἀφροδιςια.

[1]) Quibus verbis liceat adicere etiam xxx2, 61 ostreae sucum adoptant a Lucrino lacu. — De scribendi licentia modo ab ante p modo a literam cf. p. 17, 18.

Inter hunc ab praepositionis usum numeremus etiam x4, 38 quamvis uvam illam oleagineam invenerint a similitudine olivae, et x6, 147 quidam duo genera hederae Bacchicae faciunt a colore acinorum. Sitne hoc in numero III, 53 scopulus, in quem mutatam Ulixis navem a simili specie fabula est, quaeritur. Nam dependere potest praep. et a vocabulo nominandi, quod inest scopul. mut. et a vocabulo navem, ut putares dictum esse a s. sp. pro scopulus similis speciei. —

IV. Alia huiusmodi sunt **audio, intellego, disco** *), **divido:** IV, 51 Graeci et Ionium mare dividunt in Siculum ac Creticum ab insulis; xxx3, 163 umbras dividendas in tabulis ab lumine (quod est localiter dictum); xII, 72 vix ut dinosci possit illa lacrima a mastiche vera; x9, 132 a colore betae Graeci duo genera faciunt; ib. ib. nostri betae genera faciunt a temporibus satus; XXX, 7 Orphea ad vicina a medicina profectum (nos wegen). —

V. Construuntur deinde cum praep. ab verba incipiendi, ordiendi, repetendi, quae initium ordinis rerum et primam rei partem significent; nam is, qui aliquam rem agere incipit aut eam a prima vel extrema parte persequitur, procedere videtur ab initio. Sic inveniuntur

incipere: x8, 223 incipiemus a sementibus, hoc est vergiliarum occasu; ib. 264 sol ab ea meta incipit flecti; 287 vitium conceptus ab exortu vergiliarum incipit; XX, 5 elaterium medicamentis incipit a trimatu; xxx6, 7 elephantiasim a facie incipientem; xx8, 4 incipiens ab homine [1]). Item ordiri: x9, 2 ut a confessis utilitatibus ordiamur; XX, 2 venia sit a minimis sed a salutaribus rebus ordienti primumque ab hortensis; xx5, 99 ordiendum a malorum pessimo est; ib. 132 remedia subtexemus orsi a capite; xx6, 2 lichena a mento ordiebatur; ib. 20 animorum conditio a necessariis orsa; xx9,

---

*) cf. p. 12.

[1]) xxx1, 48 ut a nigra terra descendat (= incipiat) ordo coloris, item xxx7, 121 alius ordo .. ex purpureis coloribus datur; sed aliter dicta sunt xxx7, 121 gemmae, quae a purpureis descendunt (i. e. Varietäten davon sind), et ib. 180 ab oris gemmae albo descendente (das Weisse). — (cf. x8, 357 nebulae montibus descendentibus).

29 ordiemur a lanis; xxx7, 54 gemmarum genera dicemus ab laudatissimis orsi; xxx2, 144 ut a beluis ordiamur; x6, 163 folia a nodis orsa *). Etiam substantiva sic coniunguntur: x8, 26 principium a Catone sumens; xxx7, 2 fabulae primordium a rupe Caucasi trahunt; huc spectat quoque x6, 163 folia a medio internodio desinunt. **Temporaliter** dicta inveniuntur xx3, 34 media Falerni vini aetas a XV annis incipit; xx7, 23 alsine incipit florere a media hieme; xxx4, 63 Lysippus facit et Alexandrum Magnum multis operibus a pueritia eius orsus; **causaliter**, i. e. de origine dicta sunt VII, 15 quos a Circae filio ortos ferunt, et xx5, 11 in Marsis, a filio Circae orsa gente. Praeterea legimus x5, 130 lauru triumphantes dicunt uti, nisi id a divo Augusto coepit; item x9, 33 miraculis rerum coepimus; I. p. 59 quando et a quibus (sc. viris) coeperit magica ars. et xxx4, 27 primus tamen honor. . . coepit a Graecis; xxx7, 2 a quibus initiis. Cui usui addantur X, 182 cervos mitigatos non concipere nisi ab infantia educatos; xxx4, 63 a pueritia orsus (cf. supra); xxx7, 111 a pueritia, quae exempla sufficiant. —

VI. Alius est usus praepositionis ab apud Plin., ubi vel de loco et de re dicitur, unde dirigitur motus aliquis vel actio, vel de parte, a qua quis rem persequitur; huc spectant

praef. 1, 30 . . aves a cauda nascantur, et X, 38 Hylas tradit cornicem a cauda de ovo exire (mit dem Schwanze zuerst); item inter hunc usum praep. ab sunt numerandi ei loci, qui praebent ‚a tergo, latere, . . parte', deinde ei, quibus agitur de corporis parte, ut ‚a vertice', item ‚a radice', quorum promiscue nonnulla adhibere liceat exempla.

praef. I, 30 quibus palpebrae ab altera tantum parte sint; II, 57 nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab ortus (i. e. ab ea parte, qua est occasus, ortus); III, 5 oceanus a quo dictum est spatio Atlanticum mare infundens (i. e. ab ea parte, qua spatio sive per sp.); ib. 11 et a laeva (sc. parte — sic saepe dicuntur apud Plin. a laeva, a dextra; — III, 3 dextera

*) sed xxx5, 115 Plautius Marcus Asia lata ordiundus.

Africa est, laeva Europa et IV, 31 attollentibus se dextra laevaque leviter convexis iugis; ib. 54 meridiana parte, et alias omittitur praep. ab; (obiter moneamus utramque formam probari Plinio, dextra et dextera); IV, 51 ab dextera parte Andrum navigantes; 103 ab adversa (sc. parte); VII, 126 Rhodum non incendit rex Demetrius expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret a parte ea muri locatam; X, 145 exeunt ova a rotundissima sui parte, dum pariuntur; XI, 67 apes moriuntur melle inlitae ab aversa parte; ib. 131 canities homini*) semper a priore parte capitis, deinde ab aversa; 209 vulva in muliere geminos sinus ab utraque parte laterum habet; 253 omnia animalia a dextris partibus incedunt, sinistris incubant; XIII, 136 frutice laudatissimo a parte aquilonis (gegen Norden); x5, 53 cunctis malis, quae fuere a sole partes rubent (i. e. quae sunt in ea parte, quae est soli obnoxia; x6, 166 . . folia ab ima parte densiora; x7, 41 a parte altera iugi anu vomerem trahente; 236 cortex ab una parte arboris detractus (sive malis dependere ab praep. a vocabulo detract. ‚abgelöst von‘); 252 ab ima parte (gegen unten); xx1, 77 venenati favi gignuntur a parte (sc. alvi; nos dicimus ‚teilweise‘); xx7, 89 remedium adalligari bracchio ab ea parte, qua dens dolet; (hic monendum alias a Plin. evitari dictionem ‚ab ea parte, quae . .‘ et brevius dici ‚a dente‘ — cf. infra); xx8, 90 a dextera parte; XXX, 23 auriculae, cuius a parte doleat dens (sed cf. ex, quae dicimus de XXX, 21); item 26 aurem, cuius a parte doleat dens; xxx1, 43 ab aquilonis parte montes (i. e. ab ea parte, qua flat aq.); xxx2, 31 aurem, a cuius parte doleant dentes; xxx7, 116 ut sint patentes (sichtbar) ab utraque parte. (cf. xxx1, 83 Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt salem).

Sed non solum a parte invenitur apud Plin., sed etiam omissum partis vocabulum, ut indicetur locus, id quod est brevitas quaedam dicendi; sic invenimus praeter locos iam supra dictos x6, 114 caprifici nascuntur ab adversis foliis (i.

---

*) De dativo ‚homini‘ cf. Grasberger l. l. p. 35, 3, et Urlichs. l. l. p. 100; est enim dativ. possessiv.

e. ab ea parte, quae est adversa foliis); x7, 168 pulvinatis a devexitate labris (i. e. ab ea parte, qua est d.); 194 inutiles indicantur pampini ab oculis nati (sc. eo loco, ubi sunt oc.); x8, 294 siluri carnem uri a vento remedium (i. e. ab ea parte, unde flat v.); x9, 24 vela muscum defundunt ab sole (i. e. ab ea parte, quae obnoxia, contraria est soli); liberius nobis dicta videntur xx2, 70 asphodeli sucus infunditur a contraria aure in dolore dentium (i. e. ab ea parte oris sive inf. ei auri, quae est contraria dentibus dolentibus); item xx4, 78 hederae sucus instillatur dentium dolori (cf. in c. acc.) a contraria auri, et xx5, 166 dentis dolori medentur suco ab altera nare quam doleat (sc. dens) infuso; xxx3, 126 quod a sole fuit lapidum, melius quam quod a terra (i. e. ab ea parte, quae est exadversa sol.; nos an). —

Eodem modo quo Plin. usus est a .. parte et a latere .. dixit II, 59 ab alio latere; III, 11 fluvius a dextro latere infusus; 49 ab altero eius latere; 109 a latere Picenum est Sabinorum; x8, 111 ab utroque latere; x9, 7 a latere oceani; xx4, 152 herbam a lateribus foliosam (sed ib. 160 aglaophotis herba nascens in marmoribus Asiae Persico latere *), ubi repetere sive potius bis ponere noluit praepositionem, id quod alias fecit Plin.); xxx6, 172 a lateribus domus. Omnibus his locis vertas licet „a parte‘ et „a latere‘ auf der Seite.

Quibus similiter dicta sunt II, 50 fit a vertice; 64 a terrae centro apsides altissimae sunt; 66 reliqua a polis squalent; inprimis autem obvia occurrunt a tergo III, 109 a tergo .. Umbria est; 145 gentes Partheni et a tergo eorum Dassaretae; 146 a tergo Carnorum ..; IV, 3 Epiros a tergo suo Dassaretas habet; 6 Molcyria, cuius a tergo Chalcis mons; 28 Doridis a tergo mons Oeta est; 29 Pherae, quorum a tergo Pieria; x8, 326 a vertice (= tergo); 328 a vertice umbrae; xx1, 80 alviariis operculum a tergo esse; xx8, 60 a vertice (im Genick) morsu; xxx3, 11 a tergo; deinde XIII, 32 caesum a dorso, et saepissime occurrit a radicibus: III,

*) item III, 31 latere septentrionali; IV, 44 altero latere. — sed xxx1, 43 in Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit . .

123 coloniae ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum; V, 75 Belus rivus e palude Cendebia a radicibus Carmeli profluit; x2, 67 murra ab radice crassior quam reliqua sui parte; x7, 36 Cato optimum agrum iudicat ab radice montium; x9, 149 asparagum velli ab radice; xx5, 161 fruticorum . . a radice; hoc loco obiter admoneamus, quae varietas sit Plinio scribendi: ab radice enim praeter iam dictos locos occurrit xx6, 59, xx7, 9, 11; a radice autem xx6, 62, 69, 87; xx7, 4, 74, 82, 137 quibus locis alios addere longum est. — A fronte invenitur III, 89 promunturium Pachynum, a qua fronte Siciliae flumen Hyrminum, et IV, 3 a fronte Epiri iunguntur Medi a Denseletae; a capite XVI, 84 ictus ab altero capite (Ende) trabis penetrante sono; X, 145 umbilicus ovis a cacumine inest; xx6, 117 verbenaca a tertio geniculo incisa; forsitan huc spectent IX, 169 funem illi religatum ab umeris urinantis trahunt*) (alias - ligare c. dat.); XI, 276 carnosos angulos a naribus (i. e. ab utraque parte n.); xx8, 98 candida a pectore hyaenae caro; xxx2, 49 harundine transfixa a natura (= genitalibus) per os; XXX, 83 a pedibus (nos zu) stanti; ib. 54 aquilae evellunt quidam pedes a suffragine (nos unter dem Kniegelenk); a cauda iam supra prolatum, praeterea occurrit VIII, 85 geminum caput amphisbaenae, hoc est a cauda; similiter et VI, 4 a faucibus Bospori est amnis Rebas [1]), et x7, 328 a pedibus umbrae.

VII. Adice, quod in universum, si agatur de loco, ubi nos dicamus an, gegen (Norden), utitur Plin. praepositione ab; sic e. gr. occurrunt saepius, quam qui hic adscribantur,

*) x7, 326 ut solis ortum a sinistro umero habeant; 327 ut ortus illius ab dextro umero fiat; huc spectat xl, 248 unguem, qui a crure plerisque animalibus dependet (et alias); xx8, 50 ab animo hominis pendentes medicinas (i. e. quas invenit h. a.); item XXX, 11 alia magices factio a Mose et Janne Judaeis pendens; sed X, 175 quod dependet ultimo palato; x5, 115 dependent alia pediculis, ut pira, alia racemis, ut uvae, alia et pediculis et racemis, ut hederae. — cf. quoque x8, 317 ab alis adfixa arboris stella, ab alis arcas. — De religare etc. est monendum alias cum dativo id coniungi: xx7, 89 remedium adalligatur bracchio; item xx8, 203, 211, 217, 257; XXX, 63, 85, 100; xxx6, 66 et alias.

[1]) cf. p. 15.

loci II, 61 Veneris duas stationes facit a longissimis distantiae suae finibus (sive interpretaberis ex analogia dividendi a); ib. 246 et a Germania immensas insulas non pridem compertas cognitum habeo (hinter); III, 7 ex his oppidis digna memoratu a flumine Ana litore oceani oppidum Ossonoba; 84 Sardinia habet a Gonditano promunturio *) duas insulas, a Sulvensi Enossim, a Caralitano Ficasiam; IV, 8 ab hoc mari oppidum Pagai (intelligas: opp. incipit ab h. m., non a parte maris); 42 Aegaei maris in ora a Strymone Apollonia; 44 in ora a Dionysopoli est Odessus Milesiorum; 53 a Phalario promunturio scopulus est; V, 100 in Lycio a promunturio [1]) eius oppidum Simena; 120 Magnetes a Sipylo; 123 deportant Adramytteam negotia (führen ihre Rechtshändel zu) [2]) Apolloniatae a Rhyndaco amne (von her sive wohnend am); III, 22 flumen Rubricatum, a quo Laetani; 12 ab ora; 22 flumen Ticer, ab eo Pyrenaea Venus; 83 a Peloro oppidum Messana; 110 Picentes tenuere (wohnten) ab Alterno amne; IV, 1 ab alio mari (sc. liegt) Phocis; 46 a Bosporo sinus Casthenes; 48 urbes Pactye a Propontide, Cardia a Melane sinu, . . Cherronesus a Propontide habuit Tiristasin; X, 9 umbram suam a litore ave ostendente; x9, 30 a litore Carthagenis novae; XIII, 22 quaeso, . . ut . . iuvaret (nutzen) unguentum a vestigiis pedum? item xx4, 118 rubi folia cordiacis imponuntur a mamma sinistra.

Huc spectant etiam loci, qui praebent ab oriente etc., ubi nos dicimus im, gegen Osten; saepe additur a . . parte. Sic scripta legimus: II, 57 nunc ab occasus parte ei accidere hoc, nunc ab exortus, quem locum iam supra annotavimus. IV, 42 finit Macedoniam Hister a (im) septentrione, ab ortu Pontus, a meridie Aegaeum mare; 85 Scythotauri cluduntur (begrenzt) ab occidente Cherroneso, ab ortu Scythis; III, 83 Sardinia patens ab oriente . ., ab occidente . ., a meridie . ., a septentrione . . VI, 55 sunt ab aquilone contingi (ganz an

---

*) cf. p. 15.

1) Formam promontorio invenies e. gr. infra p. 27.

2) cf. p. 25. —

den Norden grenzen?); 112 duo maria, rubrum a meridie, Hyrcanium a septentrione; 218 omnes ab Apennino terra (diesseits); VII, 26 montibus ab aquilone oppositis (expectares aquiloni); 98 hoc est breviarium Pompei ab oriente; x6, 120 a septentrione viscum, a meridie hyphear nascitur; xxx1, 124 spongeae ab aquilone genitae (in den Ländern gegen Norden); xxx6, 31 ab oriente (auf der östlichen Seite) Mausoleum caelavit Scopas, a septentrione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares; item V, 102 unam partem Asiae Agrippa inclusit ab oriente Phrygia, ab occidente Aegaeo mari, a meridie Aegypto, a septentrione Paphlagonia; alteram determinavit ab oriente Armenia Minore, ab occidente Phrygia, a septentrione provincia Pontica, a meridie mari Pamphylio. — III, 67 Roma clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi. *)

VIII. Distantia quum appareat in rerum remotione, ad eam etiam refertur denominatio; quare praep. ab locum vel rem significat, a qua aliquid abest, distat. Atque etiam de discriminis rerum distantia usurpatur, et diversum et alienum dicitur ab aliqua re, differe, dissentire etc., quem usum praepositionis ab apud Plin. nunc nonnullis conprobemus exemplis.

abesse: III, 74 Locri absunt a Silero CCCIII p.; 76 . . insulae absunt ab Dianio DCC stadia, totidem Dianium a Carthagine Nova, tantundem a Pityusis; 78 a maiore insula abest Capraria . . ., 80 . . Corsica abest a Vadis; ib. Oglasa abest LX p. a Corsica; item 81, 84, 129; IV, 13 a Rhio promontorio [1]) absunt Patrae V. (sc. p.); item 14, 40, 42, 54, 57; XIII, 109 ut flos . . plane ab aqua absit alte (i. e. emineat supra aq.); x4, 62 qui vicus abest a Sinuessa VI p.; xx3, 1 quae longius a caelo abessent; xxx7, 35 ab aestuario (Lagune) maris diei navigatione abesse insulam Abalum; 45 a Carnunto Pannoniae abesse litus Germaniae DCM p.; 108 topazum insulam a continenti stadiis ccc abesse. Idem significat solum verbum esse: x9, 63 arbor . . cc passibus ab oceano est;

*) cf. ad hoc Urlichs. progr., Wirceburgi 1858, p. 11, VI.

1) cf. p. 26.

nonnullis locis *deest verbum abesse*: III, 81 ab his insulis Tiberina ostia (sive von — an); 87 Lilybaeum $\overline{CLXXX}$ (sc. p.) intervallo a Mercuri promunturio *) et a Coralitano; ib. terreno itinere a Peloro Pachynum . . p.; 92 insulae Melita a Camerina . . p., a Silybaeo . . p., a Solunte . ., ab Italia . .; 110 Hadriana colonia a mari $\overline{VI}$ p. . .; *verbalia subst.* sic usurpata occurrunt III, 129 Polam ab Ancona *traiectus* $\overline{CXX}$ p. est; II, 83 intervalla siderum a terra, et VI, 198 intervallum a continente. De usu *tropico* vocabuli abesse infra videbimus. — Haud minus saepe occurrit

Distare: III, 77 a Pollentia distat . . insula; 82 a Surrento distantes Capreae; 83 Sardinia a Corsicae extremis (sc. partibus) distans . .; 145 Oricum a Sallentino distat $\overline{LXXX}$ (sc. p.); 152 ab Issa distat Corcyra $\overline{XXV}$, $\overline{XV}$ ab ea Elaphites; xxx7, 136 quae insula distat a Berenice urbe $\overline{LX}$ p.; IV, 55 a Corcyra Ithaca $\overline{XV}$ (sc. p.) distat; — *discernere* IV, 52 Paxoe duae $\overline{V}$ (sc. p.) discretae a Corcyra; III, 31 Narbonensis provincia amne Varo [1]) ab Italia *discreta*, a reliqua Gallia montibus Cebenna et Juribus; similiter *relictum* II, 94 cometes sidera nonnisi relicta (= remota) ab sole cerni.

Maiore autem ex parte usurpantur haec verba, ubi agitur *de discrimine, differentia*; *tropice dictum esse voceres*. Sic, ut ordiamur a verbo *abesse*: xxx4, 108 medici in tantum (cf. infra, De adi. pro subst. usu c. praep.) a conficiendis medicamentis absunt; xx5, 2 tantum ab excogitandis novis mores (sc. nostri) absunt; xxx5, 111 gravitas artis Nicophanis multum a Zeuxide et Apelle abest, *distare*: IX, 97 caravi cauda a ceteris cancris distant; XII, 26 semina piperis distant ab iunipero parvulis siliquis; 47 herbae folia nihil (est acc.) ab Indico nardo distant; XIII, 43 pomum a ceteris generibus distans sapore; XIV, 85 meletites distat a mulso; x9, 89 hibiscum a pastinaca gracilitate distat; xx1, 96 scolymos a carduis distat radice; xx2, 126 polenta a farina

---

*) cf. p. 26 et 27.

1) cf. p. 15.

hordei distat eo; xx3, 37 hoc distat mitior plaga a circumiectis; 165 myrtus silvestris brevitate a sativa distat; xx4, 59 multum a salice vitilium usu distat vitex; 132 pollythrix distat a callithriche, quod . .; xx6, 162 arsenogonon a thelyone semine distat; xxx1, 92 salsugo a marina aqua salsiore vi distans; 106 nitrum non multum a sole distans; xxx3, 107 argenti spuma distat a scoria, quo potest spuma a faece distare; xxx4, 94 distare a . ., item 117, 130; xxx5, 47, 80; xxx6, 62; xxx7, 65 quantum smaragdi a gemmis distant, tantum Scythicus a ceteris smaragdis; 114 nilion gemmam fulgore distantem a callaina. — Item patet usus tropicus verborum discernendi: x3, 33 multis (pro ab)*) lignum hoc a camibus discernitur tunicis; x8, 185 runcatio segetes discernit a caespite; XX, 134 Pythagoras in ruta marem a femina foliis discrevit; xx1, 27 violae purpureae a ceteris . . discernuntur; 115 multi non discernunt cyperon a cypiro vicinitate (wegen); xxx2, 50 . . radix hoc ab anchusa discernitur; xx8, 119 scincus praecipua differentia discernitur a crocodilo; 133 butyrum divites a plebe discernat; xxx4, 135 smegma discernitur a diphryge; 162 ut opera vix discerni possent ab argento; xxx5, 155 ut non posses uvas factas discernere a veris; xxx7, 197 veras gemmas a falsis discernere magna difficultas; tum distinguendi: IX, 127 purpura distinguit ab equite curiam; XI, 139 oculi lucis usu vitam distinguunt a morte; 271 explanatio animi nos distinxit a feris; x8, 251 tibi ab opere (Tagewerk) disiungenti te (est etiam localiter dictum intellectu); xxx3, 29 anuli distinxere ordinem (i. e. equites) a plebe, sicut tunica ab anulis (i. e. equitibus) senatum; deinde differendi: III, 94 a Lipara Strongyle liquidiore tantum flamma differt; IX, 72 passeres ab rhombis situ tantum corporum differunt; X, 134 a cornicibus magnitudine avis differens lagopus; XI, 51 reges apium multum etiam nitore a volgo differunt; XII, 45 nardum Gallicum non multum ab Indico differens; 105 hae herbae nihil a ceteris differunt aspectu; 128 a Panace differt spondylion; 135 comacum sucus multum a suco veri cinnami

*) Es. enim dat. graec.

differens; XIII, 60 arboris Persicae materies bonitate nihil differens a loto; x9, 188 reliqua a ceteris et odore et sapore differunt; XX, 118 buselinum differens a sativo; xxl, 25 narcissi differunt a lilis (pro liliis, ut alias saepissime apud Plin.) in haec (= hoc); xx4, 64 ericem fruticem non multo a myrice differentem; xx7, 125 phyllones mares a femina semine differens; xx9, 86 scorpio a crabrone pinna differens; xxx6, 141 gagates lapis non multum a ligno differens; xxx7, 80 a berullis differunt . . smaragdi. Addamus sic coniungi etiam subst. differentiam: x8, 279 aliis caeli iniuriis magnae differentiae a tempestatibus; I. p. 34 differentiae membrorum hominis a reliquis animalibus; xx8, 119 scincus principua differentia a crocodilo discernitur iam supra annotavimus; xxx6, 55 differentia marmorum eorum est ab ophite; — adiciamus hic, quae supra omiseramus, coniungi ut priora etiam verba haec: III, 53 Tiberis Etruriam ab Umbris ac Salinis, ... Veientem agrum a Crustumino, Fidenatem a Vaticano dirimens; item IV, 5 Achelous Acarnaniam ab Aetolia dirimens; IV, 49 Hellespontus VIII stadiis Europam ab Asia dividens (dividere iam supra annotatum); x2, 100 Arabia Judaeam ab Aegypto disterminat; x9, 19 favillam ab reliquo cinere separant; xxx4, 6 segregandos sese a ceteris; xxx6, 125 mare Tyrrhenum a Lucrino molibus seclusum; tropice dicta nobis occurrunt xx9, 90 favilla salis dissentiens (= differt) a sale; xxx3, 33 separatur ordo (= equites) ab ingenuis; xxx5, 58 vultum ab antiquo rigore variare. Huc — id quod alias infra tractaturi eramus — spectat alienum ab: xx9, 90 quae omnia a nostris stelionibus aliena sunt; xx7, 57 illud non ab re est *) (nos überflüssig); item 144 admonere non ab re iudicamus; xxxl, 43 non ab re sit iunxisse rationem; xxx4, 96 id notasse non ab re est; sed c. dat. coniungitur alienari XX, 197 sacopenium in totum transmarino alienatur [= differt]. Obiter hic monenendum xx8, 92 homines mente alienatos (= captos).

Exceptionem huius usus unam eamque solam invenimus

*) cf. Kuehner., l. l. p. 359, 1.

x9, 187 libanotis habet radicem nihil ture differentem, quam omittendam hoc loco non putavimus.

IX. Conatum removendi, quem dicit Hand. Tursell. l. l. p. 41 sub 51 *) intellegimus etiam inesse verbis cavendi ab aliqua re sive ab homine. Inter hunc usum numerabimus verba

defendendi: praef. 1, 7 quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus; VIII, 144 Cascellium canis a grassatore defendit; x4, 84 uvis noctibus ab umore defensis; x8, 243 prata a flatu favonii defendi; XX, 195 anesum vestes a tineis defendit; arcendi: x7, 82 a terreno arcere radicem; ib. 188 arcendum a vineis procul omne quidem pecus; xxx4, 22 Horati Coclitis . ., cum hostes a ponte sublicio solus arcuisset; custodiendi: xx7, 89 leonis adipes cutem in facie custodiunt a vitiis; xxx5, 97 Apelles atramento tabulas a pulvere et sordibus custodiret. Sic etiam usurpatum legimus xxx3, 26 nec ulla domi domesticis a [1]) custodia opus erat; item x7, 196 si venia ab vite calvata erit; xxx2, 37 immunes a dolore fiant dentes; forsitan etiam (cf. mercari ab) xxx7, 3 ut Polycrates plane ab invidia Fortunae damno unius gemmae se redimi putaret.

Deinde X, 180 nec impedit partus quasdam mulorum matres ab opere: sine dubio etiam subst. impedimentum sic usurpatur. Deinde munire sic usurpatur apud Plin. x7, 69 seminarium munitum ab incussu gallinacei generis; praestare: x3, 130 pecudum medicina valida a morbis omnibus praestante; x7, 10 cum in vineis pedamenta non sint a vento opponenda (sive ab ea parte, unde flat v.); saepius occurrit protegere: IV, 33 partem Macedoniae septentrionalem Paeonia ac Pelagonia protegunt a Triballis; x1, 19 apes . . ut alas a rore protegant; x7, 112 insitum caespite ab imbre frigoribusque protexisse; x9, 148 asparagum stramento ab hieme protegi; deinde securus: x11, 10 securum ab omni afflatu; xx5, 21

---

*) Hand Tursell. p. 42, 3: ‚quod significat non alienum esse ab re, sed commodum vel utile, ut fere idem sit atque e re esse; nusquam id poni pro sine causa.

1) cf. § 3, p. 10.

securos a metu anginae; xx8, 150 securus a serpentium ictu (bis); XXX, 145 securos a temulentia; item servare: VII, 103 Manlius Capitolium a Gallis solus servaverat; x4, 126 aquam marinam ab aequinoctio verno servari (sed non est intelligendum aufbewahren von — an) *); x7, 10 id . . a septentrione servandum; saepius tueri [1]): xx, 152 tueri ab siti; xx4, 179 gramen tuetur ab inflammationibus plagas; xx7, 52 absinthium litteras a musculis tuetur; xx8, 111 crocodilea adeps perunctos a crocodilis tuetur: 258 iocur asini a comitialibus morbis infantes tuetur; xx9, 98 tuetur . . a pavore aquae; item tutari: VII, 2 truncos cortice natura a frigoribus et calore tutata est; tutum a: xl, 91 tutus a cauda et a morsu scorpionis; XVII, 29 tutiora a vitiis (= insidiis) innascentium terrae animalium; 204 a pecore tutissima; x8, 135 lupinus amaritudine sua ab omnibus animalibus tuta; xx5, 84 domus tuta a periculis; xx6, 124 loco a perfricationibus tuto; xx9, 77 tutos esse ab impetum serpentium et regum ira (quae coordinatio notionum s. impet. et reg. ira declaret eiusdem esse eas pretii); xx4, 78 acini hederae praesumpti a crapula tutos praestant; deinde vindicari: XV, 18 oleum olivae sale vindicatur a pinguitudinis vitio; 32 ebori vindicando a carie; x7, 140 arbores veteres hieme cumulis a gelu vindicant; xx8, 164 cinere genitalis asini capillum a canitie vindicari; xxx1, 98 sal defuncta a putrescendi tabo vindicans; xxx3, 26 cibi ac potus vindicantur anulo a rapina; xxx4, 149 ferrum a robigine vindicatur cerussa: — annotentur etiam vocem vindicis sic usurpari a Plin.: xx, 160 Julium Vindicem illum . . a Nerone libertatis (a N. etiam intellegeretur dependens a lib.: libero a), et verbum ulciscendi: xxx4, 146 a ferro sanguis humanus se ulciscitur (sc. robigine). (Inest notio a parte alicuius). —

Forsitan his locis adiungantur ei, quibus similiter usurpata sunt vocabula remedii, utilis etc.; sic occurrunt VIII, 152 a morsu canis rabie affecti unicum remedium radix

*) Id quod saepius occurrit.

[1]) Hand. Tursell. l. l. p. 40, 5: ‚In verbis tutum esse ab aliqua re respicimus remotionem et distantiam, qua quis se ab ingruente re tueatur.‘

silvestris rosae; xx3, 52 vinum e napis *) utile esse ab armorum equitandive lassitudine; item ib. 54 vinum gargarizatur cum aqua [1]) a solis ardoribus, quibus verbis inest notio tuendi ab. — Nos quidem huc spectare putamus etiam xx2, 102 ab aegritudine recreationi; xx3, 122 recolligenti se a longa valetudine (sed xx4, 28 qui longa aegritudine [perfuncti?] non recolligant vires satis); xx6, 105 reficientibus se ab imbecillitate; xx1, 102 laser ab aegritudine recreationi efficax; xx8, 129 vires ab imbecillitate recolligentibus; ib. 152 sese recolligentes a serpentium ictu — attamen etiam ut interpreteris haec dicta ‚infolge von‘ (usus causalis) ‚nach‘ (us. temporalis) concedimus; cf. etiam xxx7, 62 ab intentione alia aspectu smaragdi recreatur acies oculorum, ubi sane apparet praevalere notionem temporis. —

X. Deinde perpetuitatem **temporis** designamus non tantum a certo quodam initii termino exeuntes, sed simul totum spatium una comprehensione complectentes (Hand., Tursell. p. 21, 2). Recte dicit Kuehner. l. l. p. 359: ‚bildlich findet der Begriff der Entfernung (remotio) statt bei Angabe einer Reihenfolge etc.‘, quem praepositionis ab usum Hand. Turs. l. l. non satis discrevisse nobis videtur ab usu, ubi nos dicimus seit — de quo cf. infra. Priorem usum nonnullis conprobemus hic exemplis [2]).

III, 115 a fluvio Rubicone sunt Sapis et Vitis fluvii (die nächsten); 142 ab Epetinis castella Peguntium, Rateoneum; 144 ae Eppidauro sunt oppida . . , quibus locis etiam notio illa supra dicta ‚von — her, von — an‘ inesse potest. Sed sane huc spectant x, 211 somnia a vino et a cibis proxima esse vana; x1, 166 maxillares dentes, qui sunt a caninis (sc. proximi, ‚folgen auf‘); x6, 23 ab aigilope quercu proxima latifoliae proceritas; 103 ab amygdala proxima florent Armeniaca pruna; xx1, 48 proximi a morte Alexandri Magni autores; x5, 45 Persicae arbores in Rhodio nihil ferunt, quod

*) cf. ex. —

1) cf. cum et ex et § 3. 11 (De permutatione praep.).

2) In quo usu locaverimus x9, 100 folia cadunt a cacuminibus erigano (i. e. incipiunt cadere a. c., cadunt primum a. c., deinde . . -). —

primum ab Aegypto earum fuerat hospitium; item xl, 263 idque tertium ab hermaphroditis et spadonibus semiviri genus habent; x6, 91 siderum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine *); item x4, 47 tam prope ab [1]) origine rerum summo; x7, 243 quanto propius ab urbe hostia litatum esset. Sed etiam haec exempla forsitan melius numerentur inter alium praepositionis ab usum (‚von — her'). Certe inter hunc usum dictum est x8, 126 a frumento aut faba .. dicendis [2]). Huc referendum quoque xxx6, 86 secundus Daedali fuit ab Aegyptio labyrinthus, — quamquam insit notio temporalis.

XI. Usurpatur deinde apud Plin. praep. ab, cum dicitur de loco, quem quis obtineat, seu de ordine, quo narrentur res (Rang): x, 104 ab is columbarum maxime spectantur mores (kommen in Betracht); x3, 44 ab his palmis caryotae maxime celebrantur; x4, 74 ab his vinis dignatio est Sicyonio; x5, 86 ab his (sc. frugibus) locum amplitudine vindicaverunt nuces iuglandes; item 89; V, 72 Machaerus secunda quondam Judaeae arx ab Hierosolymis; ib. 73 Engada oppidum secundum ab Hierosolymis fertilitate; xxx4, 53 Amazonam secundam a sua quisque artificum cum iudicasset; x2, 68 a Stacte murra . . sativa; item proximum: xl, 211 proxima volva suis ab eiecticia est occisae uno die post partum (sc. ad edendum: die nächstbeste); x6, 206 ab iis arboribus proxima est cornus; xx3, 79 a vitibus oleisque proxima nobilitas palmis; 106 ab his proxima sapore; xxx3, 154 proximi a Mentore (i. e. *τορευτικοι*) Acragas et Boethus et Mys fuere; xxx7, 203 ab Italia proximam duxerim . . Hispaniam. Item tertium: x9, 9 ubi a Saetabi tertio in Europa lino palma.

---

*) Quod modo in volumine modo volumine dicitur apud Plin., cf. infra (in c. abl.). —

1) Hand Tursell. l. l. p. 44, IV: ‚Nonnulli scriptores, praesertim recentioris aevi, praep. ab addiderunt ablativis, quicum comparativis coniunguntur. Distantiae enim vocabulo ipsam gradationem indicare voluerunt, antiqui usus simplicitate non contenti.' —

2) Hand. Tursell. p. 42, 2 loquitur de prope ab una cum procul ab, id quod nos sane rectius putamus.

Annotandum semel nobis occurrisse dativum cum vocabulo proximi coniunctum: x5, 53 proxima pirus his Falerna. *)

XII. Deinde huc retulerimus dictionem illam [1]), qua indicatur praepositione res, per quam aut personam aliquid ita, ut dicitur, se habeat, aut unde sit, quod est. Atque haec verba reconditam in se habere significationem passivam putat Hand.; nos quidem notionem causalem adhibitam esse eamque praevalere putamus. Sunt autem loci hi: II, 37 ignei ardentes a solis vicinitate; VIII, 109 necatis a satie suibus (res persona quasi induit!); item XI, 189 M. Marcello, cum periit ab Hannibale (plane ut Graece dictum ἀποθανεῖν ὑπο τινος); x7, 238 quaedam arbores vel ab ulcere tantum intereunt [2]); — huius usus exempla proferamus abhinc liceat promiscue, inprimis cum sint eiusdem generis. [3])

IX, 181 pisces ab umbra navis rapiens piscator (nos: ‚im', etsi intellegas ‚von — her', tamen inest causa, quae praevalet), x, 195 polypus cunila admota ab odore protinus resilit; x6, 35 cortice scribit in recenti ad duces explorator incidens literas a suco (i. e. sucus literas notas [lesbar] reddit; x7, 10 arbores aquilones ab adflatu laetiores; x8, 160 pestem abigi a milio scio herba; 189 nec ut a porrectis metiantur digitis; 330 pecudes lippiunt ab adflatu; xx, 114 in puerperis a caule (sc. si edant) asparagi comitiales fieri; xx1, 36 nebulosus et roscidus aer est a multo flumine; xx2, 7 corona graminea nulli nisi ab universo exercito servato decreta (cum exercitum un. servavit aliquis, c. ei decernitur); xx3, 48 a partu obortuve nec a libidine aegrotantibus; x5, 53 pro-

*) Hand. Tursell. l. l. p. 43, 4: Locum, quem aliquid ab alia re distans obtinet, remotionis notione designare solemus. Inde fit, ut ab praepositio apud scriptores recentiores descensum notet a nobilioribus rebus ad ignobiliores et comparatum rei pretium.' — De descendendi verbo cf. infra, p.

1) quam Kuehner. l. l. omittendam putavit. —

2) sed x1, 120 tabani moriuntur etiam caecitate (‚in folge von'; nos licet dicamus, an'). —

3) Kuehner. l. l. p. 361 retulit haec sub notione causali, quod non reiciendum.

xima pirus his Falerna a potu; xx3, 144 febri ab ebrietate; xx4, 15 si caput a sole doleat; xx8, 73 si aures ab ictu doleant; xx4, 38 pix adversatur sternutamentis a pituita; 57 sucus detruncatione ramorum a falce destillans; xx5, 17 milite a morsu canis expavescere incipiente; xx1, 62 anseres a primo adspectu nyctegretonis expavescunt; xx6, 74 tormina a cruditate; 137 dolores a vocis contentionibus; 151 volvarum vitia a partu fiunt; xx7, 117 ulcera a nive facta; xx8, 62 a convolsione reddito sanguine; 72 oculo ab ictu cruore suffuso; 84 si aqua formidetur a morsu canis; 125 eruptiones pituitae ab abstinentia veneris; 128 rosiones a medicinis factas; 187 cicatricibus a lichene; 253 sterilitatem a partus vexatione fieri certum est; item 255 a purgatione; xx9, 13 mox a saevitia secandi urendique medici nomen transisse in carnificem; 85 dolor a morsu phalangii qualis a scorpione; 136 contusas ab ictu aures; xxx1, 62 feruminanda a fracturis ossa; 85 sal ab ramento tenuis; 111 nitrum rufum a colore terrae (sive interpretaberis: color v. ductus a); 129 livorem ab ictu recentem; xxx2, 133 a frigore laborantibus *); xxx3, 73 mons fractus metallis cadit ab sese; xxx4, 75 a repulsu; xxx6, 133 a bestiarum morsu repugnantia volnera curationi. [1])

XIII. Coniungitur apud Plin., cum agitur de mensura sive remotione alicuius rei ab aliqua, alternis locis praep. ab cum procul vocabulo; qui sunt

III, 85 quidam haut procul a Sardinia et Berelida ponunt; 115 nec - a mari Butrium; 53 nec - ab insulis ..; 124 Ticinum non - a Pado; x4, 60 vinum Pucinum gignitur in sinu Hadriatici maris non - a Timaro fonte; x5, 62 dolia - ab aqua esse; xxx1, 19 - ab eo fonte; sed xxx6, 76 duae pyramides sunt in Memphite non - labyrintho; x6, 5 altissimae

*) Huc spectare putat falso Hand. Tursell. p. 38, 2 quos annotavimus supra locos, quibus occurrunt recolligere etc. a. —

[1]) Indicatur his locis preepositione ab res aut persona, per quam aliquid ita, ut dicitur, se habet sive ita, ut dicitur, aciderit, sive unde sit. Atque haec verba reconditam in se habent significationem passivam et notionem causalem (cf. Hand. Tursell. p. 82, sub 2).

Germaniae partes haud *) - supra dictis Chaucis; xx8, 15 Mauretaniae locum Cottae non - Lixo flumine; III, 62 Herculanum, Pompeii haud - spectato monte Vesuvio; 51 haut - Carysto urbis Euboeae . .; xxx1, 28 in Macedonia non - Euripidis poetae sepulchro duo rivi; x4, 69 Lagarina non - Grumento urbe nascuntur; 67 sunt, qui uvas - malis suspendi iubeant. Obiter moneatur dictionem nimis liberam inesse V, 144 Chios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non - accolentis Phrygiae; deinde quod supra iam retulimus x7, 188 arcendum a vineis procul omne pecus, ubi praep. et dependere potest ab arc. et ab adv., quod tum esset proc. — Non ab re sit adicere nonnulla exempla usus et temporalis huius voculae et tropici: xxx4, 8 aes illud - a Corinthio notum (i. e. multo post), et xx8, 8 - nobis nostrisque literis absint docere . . ; item xxx5, 179 naphthae natura - ab omni usu abest; x7, 86 procul dubio, id quod occurrit etiam x8, 187; IX, 184 et alias.

XIV. Cum de loco agitur aut re, unde aliquis motus dirigatur, additur praepositioni ab vocabulum **usque**, ut continuatio significetur directionis: V, 50 cubita alto mari, ut auctor est Mucianus, e fonte dulcis aqua tubo coriis facta usque a vado trahitur; item VI, 29 planitiem omnem a Cyro flumine - Albanorum gens tenet; VIII, 155 equum damnatum a Semiramide usque in coitum Juba auctor est.

XV. Promiscue huius n o t i o n i s l o c a l i s ,von — her' exempla, quae sunt ubique obvia, nonnulla retulerimus hic ex ordine librorum ipsorum hist. n. II, 242 terra ab ortu ad occasum patet, hoc est ab India ad Herculis columnas; 248 pervenisse eum a sepulchro ad infimam terram; ib. epistolam a medio terrarum orbe missam (cf. supra mitto), x7, 227 penetrat iniuria omnis a foris; x8, 302 granaria perflari a f u n d o [1]); 336 ab occasu brumali f l a b i t Africus; item 337 ab aequinoctiali occasu flabit . . ; item 338 ab exortiva parte

---

*) Annotandum inconstantiam vel varietatem scribendi sese etiam hic praebere ut alias saepissime.

[1]) Haec est dictio, qua tota et universa res ab extrema, qua incipit, parte describitur (Hand. Tursell. p. 24, sub 3).

. . ab occasu solstitiali et occidentali latere septentrionis; ib. qui venti a septentrionis parte spirant; 339 si volturnus a serena caeli parte coeperit flare; 354 cum ab aquilone, cum a septentrione, cum ab *) austro vel coro aut favonio fulgurabit; item 355 si nubes globabuntur ab aquilone, si ab austro, imbres portendent; x9, 23 Caesar dictator totam viam intexit purpura a domo sua; xx3, 113 farina dysintericos a morte revocari; xx4, 34 ut sit resina aquilonia potius quam ab alio vento (i. e. caeli parte); 41 optima pix a tirocinio navium (sic saepe apud Plin. legitur); item xx8, 46 fragmentum clavi a cruce (vertere possumus Kreuznagelrest); item 51 strigmenta a balineis (i. e. sordes, quae remanent in bal.); et 102 adipe a columbis (sc. veniens sive dempta etc.: nos Taubenschmalz), 143 sebum a renibus laudatissimum est (Nierenschmalz); item 208 caprae sebum a renibus (nos Ziegennierenschmalz), 216 vituli sebum ab inguinibus (nos Kalbsweichenschmalz); item et alias saepissime apud Plin. et xxx, 72 [1]). — xxx, 105 sordes ab uberibus ovium eundem effectum habent (sed ib. 108 sordes ex pecudum auriculis; qua de differentia praep. ab et ex haud amplius disserendum hoc loco); xxx5, 45 purpurissum vilissimum a Canusio (sc. importatur etc.); xxx6, 73 ratione a capite hominis intellecta (beobachten an); hucne spectet xxx7, 36 Philemon negavit flammam ab electro reddi (nos dicimus: El. brennt mit einer Flamme) quaeritur; ib. 132 astrio gemmae intus a centro stella lucet; I. p. 42 prognostica a sole, 79 a luna, 80 stellis, 86 ab ipsis tempestatibus, 88 ab animalibus aquatilis; sed etiam ex sic usurpatum occurrit (cf. augurium ex) item X, 171 homini tantum primi coitus paenitentia, augurium scilicet a paenitenda origine [2]); III, 94 a flammae fumo praedicere incolae traduntur; forsitan huc spectet II, 87 tan-

---

*) De anaphora sic dicta cf. § 3, supra. —

[1]) Obiter referendum etiam praepositione ex uti Plin. eaque saepius, ut idem significetur; cf. ex. —

[2]) cf. Vorhauser, progr. Innsbruck 1860 ‚die religiös-sittliche Weltanschauung des Plin.‘ et Urlichs. Chrest. Plin. praef. p. XV et XVI (ad h. n. II, 24; VII, 130 et alias).

quam a perpendiculo mensura caeli constet; — ut augurium legitur praesagium quoque: x8, 342 primum a sole capiamus praesagia; — xxx4, 21 honor a populo, antea a senatu fuerat (vonseiten).

Nonnullos, quos supra omiseramus, locos addamus; quibus insit notio ‚von — her' an ‚von — weg' quaeratur. II, 88 a stationibus primis superiores . . diminui (von — an); 243 a Gange amne mensura terrae est (von — her bis an); III, 12 Singilis fluvius a Firma urbe navigabilis (von an); item 6 Baetica ulterior a fine Murgitano; 47 ab amne (am) Varo Nicaea a Massiliensibus conditum oppidum; IV, 6 Aetolorum populi, a quibus (sc. quorum finibus) Atrax amnis Ionio mari infunditur; 80 ab Istro in plenum omnes Scytharum sunt gentes; VI, 4 Coralius amnis, a quo incipiunt Mariandyni; 59 aliud miraculum a Cerceis palus Pomtina est (i. e. palus incipit a, patet a . .). —

C.

§ 6.

Ab temporali vi usurpatum.

Cum praepositione ab tempus designatur, non solum intellegendum est exire aliquid a certo quodam initii termino, ubi vertas seit, sed simul totum spatium una comprehensione complecti; vertas nach. De peculiari usu, quem constituunt nomina significantia tempora humanae vitae et aetatis, iam supra dictum est.

I. ab = seit, von an.

Exempla proferamus liceat ex librorum ipsorum h. n. ordine. — I, p. 40 ab urbe condita arbores; ib. a primo anno belli Troiani arbores (sc. satae, ut 40); II, 36 vesper stella ab occasu (solis sc.) refulgens: ib. 228 In Dodone Jovis fons increscens ad medium noctis exuberat, ab eo rursus sensim deficit; IV, 47 Bizye arx regum Thraciae a Terei nefasto invisa hirundinibus; VII, 144 bonis inde etiam conse-

cratis a damno suo *); VIII, 176 in nostro orbe Epiroticis bubus laus maxima a Pyrrhi, ut ferunt, iam inde regis cura; x, 41 pici principales sunt in augurio a rege, qui . . ; 85 hae tantae tamque artifices argutiae (i. e. lusciniae cantus) a XV diebus paulatim desinunt; x2, 2 his a principiis (= temporibus) caedi montes; 111 a Pompeio Magno . . ; x4, 19 a Vergili vatis obitu LXXXX aguntur anni; x6, 132 a quo deinde tempore maiestas p. R. resurrexit; 216 simulacrum Veiiovis in arce e cupresso (sc. factum — cf. ex) durat a condita urbe; x7, 39 cum terra a siccitate continua immaduit imbre; 182 vitis antequam septimum annum a surculo compleat (i. e. a quo tempore vitis fuerat surculus); 244 a quo tempore . . ; x8, 51 erumpit a primo satu hordeum (i. e. cum primum satum est); ib. faba erumpit a xx5 die ad xx (i. e. inter xxx5. et xx. diem); 60 cicer a sementi diebus XL perficitur; 107 annis ab urbe condita super DLXXX; — 319 ab eo die; xx, 5 a trimatu . . ; xx1, 15 rosa oleo (cf. in c. abl.) maceratur iam a Troianis temporibus Homero teste; xx5, 154 mammas a virginitate (= pubertate, nos mit Beginn der . .) cicuta inlitas semper staturas Anaxilaus auctor est; xx8, 36 statim a tali remedio (i. e. ab eo tempore, quo sumptum est v.) correcto animalis ingressu; xxx2, 20 a condita Roma . . ; item xxx3, 20 annis CCCCIL a condita urbe; 27 esse coepit incertum a quo tempore; 34 ab illo tempore; item 56; xxx6, 106 durant cloacae a Tarquinio Prisco annis DCC. —

II. ab notione nach usurpatum.

Amplius patere hunc praepositionis ab usum appareat. Sed haud facile distinctu, utrum prioris generis sint loci an huius. Numerandi autem certe in secundo genere sunt loci hi: II, 44 a tricesima luce (sc. lunae); 57 lunae defectum

*) Cui falso — anne simus nos mente capti? — annotat Urlichs. praep. ab similiter usurpatam esse xx6, 70 platyphyllon vocant alii arnygdaliten a similitudine. Grasberger. l. l. p. 64 annotat: ‚contra Jan. a damnato suo‘ cum codd; superest alius locus X, 178 propria in eo genere maribus labores salacitas, ubi literam s perperam duplicatam esse apparet. — Broter. iam, ‚labore‘, sed verum est sine dubio, quod corrector aliquis viderat, ‚a labore‘. —

fieri quinto mense a priore; 61 Veneris stella stationes duas ab utroque exortu facit; 69 ab exortu matutino; 74 ab exortu; 127 Etesiae a tertia diei hora oriuntur; 229 . . a tertia noctis hora; VII, 188 nec magis a morte sensus ullus; VIII, 9 elephantos subsistere, ab olfactu circumspectare, iras proflare*); x6, 60 proximo anno ab incisu; 89 a messe — quod saepissime; item a vindemia x7, 189; 186 a semente (i. e. cum sementem fecisti); x6, 192 mirum primo bello Punico classem Duilli imperatoris ab arbore LX die navigasse (i. e. LX. die, a quo arbor [navi, qua vectus est D.] caesa est); item ib. secundo Punico (sc. bello) Scipionis classis XL die a securi navigavit (i. e. . . a quo temp. securis admota est arbori); 78 ab idib. Februariis; 129 ab aequinoctio verno; 131 ab occasu sagittae, . . ab occasu aquilae; 135 ab aequinoctio; 136 ab arcturi ortu [1]), . . ab idibus Februariis, . . a kal. Mart.; ib. 188 ab aequinoctio verno, quod ubique obvium esse sufficiat dicere; item ut ab id. etc. — 210 veterina a iugo et canis a cursu volutatio iuvat (i. e. cum v. disiuncta sunt a iugo, et cum canis nimis cucurrerunt); x8, 60 panicum et sesama xxxx diebus maturantur a flore (i. e. cum floruere); 80 rapitur omne hordeum a maturitate; 133 ut lupinum ab imbre tollatur (i. e. cum pluit); 167 a luna nova; 168 a decessu Nili serere; 174 a bruma; similiter 176; 203 a proximo imbre; ib. a septimo die; 232 vina diffundi (verzapfen) a confecta defoecatione septimo die; 353 a pluviis; x9, 131 a primo incremento; 137 a prima satione; xx1, 69 rosaria a faviono fossa oportet esse, iterum solstitio (i. e. quo tempore f. flare desiit = zu Anfang des Frühlings); xx2, 6 a cena; 89 a potu; xx3, 51 a somno; xx5, 169 ab ambulatione; 213 die XXV ab autumni aequinoctio; 220 a bruma; similiter 222 (bis), 224, 228; x9, 45, 106, 108, 130, 158, 163, 166, 173; xx6, 65 ficos

*) sic Detlefsen.; contra Urlichs. interpungendum arbitratur ‚subsistere ab olfactu, circumspectare‘, utraque lectio sensu non cassum, ab olf. intellegas: quum olfecerunt, sive interpreteris ‚infolge des Geruchs‘ quod quidem infert vocabulo sensum obiectivum, ut ita dicamus.

1) Obiter referatur etiam praep. ad et circa, ut idem significent, sic usurpari a Plin., de quibus videbimus infra.

a cibo (= cena) sumpsisse; 110 a somno matutino; 112 a coena; item xx7, 20, 27; xx6, 123 a septimo die; item xx7, 120; xx8, 48 a vicensima luna; 127 a potu; xx9, 56 ab aestate; xxx, 11 bellum gestum est a ccc urbis nostrae anno; xxxl, 125 spongearum usus ad vulnera operienda a fotu (i. e. cum non iam foventur . .); xxx3, 27 . . esse coepit incertum a quo tempore; xxx6, 156 a tertia ustione; xxx7, 155 a prima hora. — Maxime autem patet apud Plin. a partu*): VIII, 112; xx, 173, 180, 192, 194; xx4, 136, 147; xx7, 30; xx8, 227 et alias; item a conceptu xx3, 4; xx4, 166; xx5, 97; ab enixu xx, 6; a coitu VIII, 168 incontinens uterus urinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus asinus a coitu; item x8, 336; xx8, 181, 216 (bis), 262 et alias; totidem loci praebent a balneo: xx4, 58, 185; xxx, 87, 106; xx5, 40; et non minus saepe occurrit a balneis: x3, 99 mensae optume splendescunt manus siccae fricatu a balineis; sed sufficiant tantum locos refere, cum usus vel notio huius dictionis sit ubique eadem; occurrit autem xx, 161; xxl, 125; xx2, 139 (paulo ante, 137, a balneo); xx3, 29, 62; xx4, 181; xx5, 77; xx9, 47.[1])

Sed haec hactenus. Restat, ut tertio loco referamus, quae spectent in usum causalem praepositionis ab. Causae enim significatio praep. ab proxima est, ut exponit rectissime Hand. Tursell. p. 8, I. 3., vel cohaeret cum notionibus primordii, principii, originis, qua de causa iam supra quin notionis causae et efficientiae, cum disseremus de notione infolge von, quae est certe notio causalis, exempla referremus, facere non potuimus. Quibusdam autem locis minime apparet, quonam spectent; cf. e. gr. quod supra retulimus xxx7, 7 Orphea ad vicinia a medicina (i. e. zum Zwecke der Medicin, non um m. zu holen, sed um seine medicinischen Kenntnisse zu, si velis, bereichern) profectum; item prognostica, auguria et similia; nam res, a quibus pr., aug. etc. capiuntur, esse causas vel ut nos dicimus, ermöglichen die Augurien, augu-

---

*) Sed etiam ‚post partum' occurrit; sic XI, 211 uno die p. p.

[1]) De vocabulo abhinc alias disserendum.

riorum etc. apparet. Qui loci nuncnunc supersunt, praebent notionem originis, cuius usus iam nonnulla proferamus exempla.

D.

§ 7.

Ab notione causali usurpatum. *)

I. Ac primum quidem notio causalis inest hisce locis vocabulo originis non adposito: II, 39 cum ignis minimis crescat a scintillis [1]) III, 13 Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse; 102 novem adulescentes totidemque virgines ab Illyriis duodecim populos genuere; x2, 48 amomi uva a vite labrusca; x4, 65 vina a monte Gauro [2]); 69 vina ab Ausonio mari (sive malis localiter esse dictum ‚am — wachsend); origo occurrit x4, 78 origine a servi furto orta; x5, 49 mali habent originem a Matio Cestioque et Mallio, item Scaudio; oriri invenitur III, 63 Corania Dardano Troiano orti; 124 . . gentis, quam ortam a Graecia; 50 Pisae ortae a Pelopidis sive a Teutonis, Graeca gente; 71 Lucani a Samnitibus orti; 124 . . gentem a Graecia ortam; x1, 115 insecta . . generantur sordibus a radio solis (sc. ortis); xxx4, 19 orto a Graecis . . exemplo; VII, 15 quos a Circae filio ortos ferunt (cf. supra dictum sub ‚ordiri‘ xx5, 11 Narsis, a filio Circae orsa gente); item nasci x2, 5 ut a dis nato luxuriae iure; sed 67 vina ab supero mari Ancone nascentia (qui locus sine dubio intellegendus localis ‚an‘) . . a palma enata (i. e. insitum), . . vina ab intimo sinu maris Hadriane, . . ab infero Latiniensia (item localiter dicta); x6, 104 arbores . . nascuntur aut sponte aut

---

*) cf. Kuehner. l. l. p. 360, 3 sqq.

1) Emicat quidem paululum notio ‚von an, von her‘, sed praevalere nobis videtur non localis sed causalis notio, quae inest verbo crescat(a).

2) Sed Hand. Tursell. p. 18, 15 falso habet hunc locum in numero notionum localium; exponit enim poni ab cum nominibus patriae vel terrae et civitatis, in qua aliquis vixerit aut ex qua exeat; nam originis notionem non esse, quod intellegamus, sed egressum et deductionem; qui enim civitati alicui adscriptus sit, ei tanquam pars eum inhaerere; atque ita locorum nomina pro adiectivis gentilibus poni.

semine aut a radice (non ‚von der Wurzel aus' sive an, sed: radix seritur, ex qua nascantur arbores); item x7, 149 castania alia ab radice renascitur (i. e. arboris praecisae cum sola radix superest, ex ea v. castanea)*); xxl, 159 Helenium herba ab Helena natum; xxx, 24 a malva milices nascuntur (nos quidem: ‚auf der M. entstehen . .', sed notio praevalet ‚aus heraus' notione causali dicta); item facere xl, 14 apes faciunt melliginem a lacrimis arborum; x7, 248 arbores veteres reciduntur totae ac rursus a stolone aliquo (cf. supra ab radice nasci resurgunt (= renascuntur). Vix monendum praepositionem ex quoqu ehoc sensu obviam esse apud Plinium nec non ablativum nudum occurrere: III, 130 Venetos Troiana stirpe ortos auctor est Cato; item generare loco supra dicto (sed xl, 115 insecta generantur sordibus); — quorum locorum plerisque etsi notio localis insit, tamen eos in notione causali numerandos putavimus.[1])

II. Deinde praepositione ab notione causali usurpat Plinius, cum agitur de parte ex toto dempta (Kuehner. l. l. p. 360, 3, b — Graeci dicunt ὀλιγοι ἀπο πολλων), qui usus amplius patet; sic invenimus xl, 167 dentes a caninis amissi casu aliquo non renascuntur; V, 8 plerique a Graecis, etc.

Kuehner l. l. p. 361, c/ huc numerat etiam supra dictos locos, ubi nos dicimus infolge von — perire ab etc.; idem huc spectare putat locos, quibus insint notiones von — seiten, quos supra iam retulimus, et gemäss. Subicendi sunt loci, quos nos vertamus bei, troz: VI, 3 heu dementiam! ab his initiis (sc. inopia infantiae) existimantium ad superbiam se genitos; item xx6, 123 vixisse ab hac desperatione; xx9, 143 iocur infusum auriculae a parotide morbo (i. e. quum auricula laborat a parotide), quem locum quispiam numeret inter verba tuendi ab — haud reicienda sententia. Sed haec hactenus.[2])

---

*) cf. xxx5, 72 Zeuxis . . Apollinis radice ortum — vide ex. —

1) De verbis pendere etc. notione causali apud Plin. usurpatis iam diximus supra sub a parte.

2) cf. se recolligere a morbo p. 33.

Annotandum hic saepissime a Plin. usurpari dat. quem dicimus graecum pro ab c. verbis gen. pass., cuius usus iam supra promiscue retulimus exempla.

E.

§ 8.

De adiectivis substantivorum loco a Plin. cum praep. ab coniunctis.

Separatim adiectiva, quae cum praep. ab coniunxit Plin., tranctanda putavimus, cum numerus eorum apud Plin. eo pateat, ut non nisi ordinis damno, quo spectent, eo loco referrentur.

Ac promiscue ex librorum h. n. ordine referamus liceat huius usus exempla. Occurrunt autem haec*):

I. p. 47 . . a summo florentes herbae, item ab imo (nos von oben, unten); item x9, 97 folia innascentia ab imo; xx, 2 ut a sublimioribus recidamus (paulo ante legitur omnia); xxl, 23 rosae ab angustis in latitudinem sese paulatim laxantis (sive malis intellegere pro angustiis, quae contractio literarum iis in is saepissime invenitur apud Plin.); xxl, 103 anthemidis a summo florere incipit; xx7, 197 myosotis herba ab imo foliis (sc. est) angustis); xxx3, 72 peracto opere cervices fornicum (sc. in metallis) ab ultima (von hinten) caedunt.

Annotandum separatim de tropico praep. ab usu non iam est aliquid, cum locos, quibus ab translato sensu occurrit, obiter et promiscue in exponendis ceteris huius praepositionis usibus protulerimus.

*) Omittendum saepissime inveniri locos apud Plin., quibus facile suppleri possit subst., ut x6, 164 ut alterum inguen a dextera fiat, alterum ab laeva (sc. parte) id quod res tritissima.

Vita.

Franciscus Xaverius Ess natus sum 11. Decemb. 1856 in pago Zollerano Harthausen a/d. Scherr patre Benedicto matre Lina, e gente Stehle, quorum alterum adhuc valere maximopere gaudeo, alteram mihi terdecim annos nato praematura morte ereptam intimo ex corde lugeo. Fidem profiteor catholicam. Literarum rudimentis imbutus communi in schola sex per annos a viro reverendissimo Jos. de Ow, pagi parocho, qui iam novem abhinc annis merita piae vitae praemia subiturus pie in domino obdormivit, linguae latinae primordia edoctus ac 1879 in V. classem Gymnasii Zollerani Hedingen (Sigmaringen) receptus sum. Ibi cum sex per annos scholas v. v. d. d. Dr. Stelzer rectoris, Sauerland, Dr. Schunk, Dr. Dreher, Dr. Maier, Dr. de Avis, Lichtschlag, Dietz frequentassem, quominus studia absolverem, rebus impeditus sum familiaribus et aliis ac coactus, ut et ipse scholis fungerer et per me literas tractarem. Praeceptorum, quos dixi, tres iam obisse supremum diem cum lugeo, tum ceteris hic gratias debitas quod referre possum, valde gaudeo. Maturitatis testimonium quod alienae civitatis Karlsruhae sum nactus autumno 1881, v. doctissimi clarissimique Dr. Wagner consiliarii aulici, qui summis in Badenia scholarum negotiis fungitur, benevolentiae debeo. Benignitate autem sereniss. d. d. de Gossler, regis ministri, mihi contigit, ut ter sex menses Argentoratenses, quos dicam, ad triennium adhiberentur, cuius rei grato animo hic mentionem faciendam putavi. Vere 1879 adii universitatem Argentoratensem, ubi ter sex menses studiis me dedi; tum autumno 1880 Friburgum Brisgov. migravi, ubi bis sex

menses versatus sum. Deinde autumno 1881 adii Bonnam; sed vere 1882 reliqui Rheni ripas et Halas Saxonum me contuli ibique usque ad hoc tempus versatus sum. Studiis autem per omne hoc tempus me dedi philosophicis, philologicis, archaeologicis, theodiscis, franco-gallicis docueruntque me viri clarissimi doctissimique

Argentoratenses proff. DDr. Studemund, Erich Schmidt, Michaelis, Martin, Vaihinger, Luchs, Koschwitz, Lahm, Jacobsthal; Friburgenses Hense, Schmidt, A. Maier, Koessing; Bonnenses Buecheler, Usener, Birlinger, Schaefer, Wilmans, Knoodt, Bona-Meier; Halenses Dittenberger, Keil, Zacher, Heydemann, Haym, Pott, Hiller, Suchier, Herbst, Wardenburg. Seminariorum exercitationibus ut interessem philologici Studemund, Luchs, Hense, Schmidt, Buecheler, Dittenberger, Keil, Hiller; philosophici Vaihinger, Haym; archaeologici Heydemann; paedagogici Bona-Meier, Herbst; theodisci Erich Schmidt, Martin; franco-gallici Koschwitz, Lahm, Wardenburg, benigne permiserunt: quorum virorum cum omnibus optime de me meritis tum Studemund, Er. Schmidt, Heydemann, Zacher, Keil, Dittenberger, pium animum gratumque semper habebo.

Restat, ut hoc quoque loco et avunculis carissimis Carolo Rapp et Philippo Dannegger, fabro tignario, et amatissimis materteris quas colo Mariae Luitgardae Stehle-Kessler et Anastasiae Stehle-Rapp pro beneficiis in me conlatis agam gratias, quas debeo. Nec non viri clarissimi Lasser, a consiliis aulicis in patrimonio Principis ab Hohenzoll. administrando, pro sua qua erga me semper fuit benignitate, memoriam colam pergratam.

Typis M. Liehneri (Sigmaringen).



